Asma ßm Garipotū in additi onib passio interptatr i greco pclo latine. Inde dr asma est pa° pulmōis in q pulmo imbibitr hu more r nō emittit nec attrahit anhelitū nisi cū magna difficultate.hec ille.Serap.r Aui. dicūt q asma est passio pulmōis cū qua patiēs nō in uenit excusationē ab anhelitu freqnti: sicut est anhelitus illi q laborat aut pfocat aut festinat in motu.Et de ista traxit Gordo.suā diffinitio nē dicēs.Asma est difficultas anhelitus cū so no.r bñ:quis nō sit sufficiēs diffinitio. q: ore gmoni cōpetit tñ oregmō nō est asma.sed bñ in terdū venit cū asmate.alij dicūt:q asma idē est q cantus vel son:p eo q: asmatici videntr emit tere sonū:ac si haberēt in pectore puos canicu los vl auiculas.Et iste sonus fit ratione opplō nis:trachee arterie:q p maiori pte est clausa in pn° eius ppe pulmonē.Nā qnto foramē orga ni flat est strictius tāto son redditr acutior. vt pz in viris mulieribus r puerꝭ r hoib pfectꝭ in cor pe r organis cātus artificialib. Difficultatꝫ aūt anhelit multe sunt spēs r diuse:qs ponit Aui,

in.10.3ª.tra.j.qs nō oz h notificare.Famosiores tñ sunt disnia r asma.Vñ Disnia se celat. canit asma maluq; reuelat.In ista aūt difficulta an helit aliqñ est maior difficultas in attractiōe ae ris.aliqñ est maior difficultas in expulsiōe r ista vocatr sanguisugiū.aliqñ in vtroq; r vocatr or thomia.vñ vsus antiquoꝝ dicunt. Expirat late trahit ad se cū guitate.Dis anolosus ex sangui sugosus. Orthomia q morbo vexatur vtroq;.

Cause asmatꝫ pnt eē. qdā pmitie:quedā aūtes:r qdā piūcte. Primitie vt ē friditas exterior q introducē malā cōplonē friam i pectore vl in ptib āhelitui deseruiētib nā sic calī tas habilitat mē ad motū. sic friditas pt eē cā palis vel spas in aliq mē° inferioꝝ ad motū āhe lit.Silr nia calitas dissoluēs calefaciēs r faciēs fluere matiā ad plonē r pcauitatē ei.Silr cas pcussio r silia ex qb pt dānificari aliqd mē ne cessariū āhelitui.Que qdē mē ab Aui.in.10.3ª fc.p°.ponūtr.r sūt p ordinē epiglotū trachea ar teria plmo vene nō pulsatiles arterie diafragª la certi r nerui mouētes pect ce r nuchā i qbus sit vel sigillati si aliq cā impediēs accidat:pcul du° debilitas āhelit nccio est vētura. Alia cā pt eē nimi r velox mot corpalis:maxª in appropa tis vel in eisdē asmaticis.pz ad expientiā: q: qñ subita mouētr fiūt qsi fine anhel.r audiui aver testib q qdā sanus exñs infra horā mortu est ppter magnū motū quē fecit iuadēdo famulū suū.Alia cā pōt eē aer cauernaꝝ r foueaꝝ vbi bla da reponūtr.Silr aer pestilētialr r fum argētivi q: in ope nō pt manē:cū sit fum fugitiu.ß fu mā° māifeste nocet oclis r pectori.Sr aer putri dus r fetid r iduf r silia.℄Cāe aūtes st mlta maªmaxª flātiª exñs in toto cor vel in aliq pte pata fluere ad mēª āhelit maxª ad plonē r pci pue in capi.Aª cā pt eē cibi acerꝭ r stipt vl acbi freqntr sūpti.r lōg vsus eoꝝ:a qb ledūtr mēª an helit.siue ēt sint alti qlitatꝫ siue saporꝭ:vt pz in freqntātib castaneas.Aª cā pt eē apā in aliq lo° siue mē° āhelitui deseruiēti.vt i guttē vl cāna plo nis r sqnāª r passiōes sto r mrīd epatꝭ r splenis a qrū passiōib siue apātib cōicatr cū mēbꝭ āhe lit.r asma r anhelit difficultas r silr catarr fit Ista oia in pn° sunt cāe aūtes asmatꝫ:ß i aug° r in statu sunt ei cāe piūcte.rc.℄Cāe piūcte sūt p° mala cōplo q alñ est cū ma:r alñ sine ma:si cut pz alñ in decrepitꝭ.Alia cā pt eē siccitas plo nis.Aª cā pt eē vētositas grossa inflās ßaz ipi plonis r impediēs motū. Dico aūt grossa q: s ß tilis i eo nō retineretr bñ.Alia cā pt eē debilitas

vtutis nõ potẽtis mouere lacertos pectoris. Alia
cã nõ põt esse inuisca° ꝛ imbibitio hu. grossoꝛuꝫ
vel hũiditatũ in venis ꝛ ramis eaꝝ ꝑuis ipsius
pulmõis ꝛ ꝑtiũ adiacentiũ vel in cãnalib⁹ circũ
stãtibus: siue veniãt per viã catarri siue alr̃s per
viã ꝯgõnis. Et ista cã põt esse disloca° spõdiliuꝫ
vel spasmus vel paralisꝭ in mẽbꝛis supꝛadictis.
Alia põt eẽ solutio ꝯtinuitatꝭ in aliq̃ mẽbꝛoꝝ an
helitus: ꝛ p̃cipue si scindãtꝭ lacerti mouẽtes pe-
ctus a q̃ solutiõe motus coꝝ. ꝛ ꝑ ꝯñs anhelitus
impeditꝭ. ꝛ sic de alijs: ꝓut dictũ est.

Signa asmatis sunt: qñ ꝓcedit a cãis
ꝑmitis: hñtur sig̃ ex mãifestatio
ne pa. ꝛ assistentiũ. Signa cãꝝ ãñcedentiũ co-
gnoscuntꝭ ex hitudine: qꝛ ẽ hõ plen⁹ flãticus vel
qꝛ vsus fuit reb⁹ multiplicãtibus flã ꝛ hu. gros-
sos ꝛ aq̃sos. vt sunt fruct⁹ recẽtes ꝛ carnes poꝛ-
cine vel bouine vel ğñantib⁹ hu. friũ vel stipti-
cũ vt agresta vel acem ꝛ fructus acerbi vt soꝛbe
nespule citonia ꝛ p̃cipue castanee q̃ manifeste
stricturã anhelitus in freq̃ntantib⁹ eas faciũt: ꝛ
manifeste vidi expientiã. Si venerit a sq̃nãª co
gnoscitꝭ per ei⁹ sig̃. ꝛ qꝛ spuinãtia euanuit: rema
net tñ asma ꝛ oꝛegmõ in pectoꝛe ꝛ moꝛs veniet
ꝓpinq̃ vt plm. Et si venerit ab alijs ap̃atib⁹ siue
egritudibus: cognoscitꝭ ꝑ signa coꝝ dicta in pro
prijs caplr̃is. vt ẽ pleureſ ꝑiplõnia saffoc° mr̃iq̃ ꝛ
passiões mẽbꝛoꝝ circũstantiũ: vt est splẽ stoma
chus epar ꝛ diafragª ꝛ per doloꝛẽ in illis mẽbr̃.
Si asma venerit a reumate cog̃scitꝭ per sig̃ eius
ꝛ tũc asma certe venit subito. ¶ Signa cãꝝ cõ-
iũctaꝝ sicut pleureſ ꝑiplõnia in augmẽ° ꝛ statu
ꝛ ap̃ãta: ꝛ egritudines ꝑtiũ pectoꝛaliũ hñtur ex
signis illarũ passionũ iã dictaꝝ ꝛ dicendaꝝ. Si
venerit ꝓpꝛ̃ inuiscationẽ hu. grossoꝝ vel aliq̃rũ
hũiditatũ ĩ arterijs ꝛ venis pulmõis. tũc adest
strictio anhelit⁹ cũ sonitu ꝛ screatu multo. quan
do vtus est foꝛtꝭ pulsus est diuisus ꝛ tremulus:
ꝛ marie qñ natura est aggũata in attractiõe ae-
ris: ꝛ nõ pñt iacere ꝛ hũiditas in oꝛe sentitꝭ: sicut
Aui. dic̃. Si fit a mala cõplõne fria cũ maª: cadẽ
sig̃ cõsequuntꝭ: ꝛ sputũ est multũ. Et si ẽ sine mª
incipit paulatim: ꝛ sputũ est ꝑuũ vel nullũ: ꝛ an
helit⁹ est ꝑu⁹ ꝛ tardus ꝛ frigidus: ꝛ tũc nõ adest
sitis: ꝛ iuuantꝭ a cal̃is ꝛ leduntꝭ a fris: Et si est ꝓ
pter siccitatẽ pulmõis: adest sitꝭ ꝛ ꝑuatio sputi
oĩno ꝛ si aliq̃d spuit: h̃ facit qñ sumit res hũe-
ctãtes. Et si fit a vẽtositᵉ adest lenitas ꝑtiũ pe-
ctoꝛaliũ ꝛ nõ abũdant in sputamĩe: ꝛ sentiũt q̃-
si distentionẽ in pectoꝛalib⁹: ꝛ leduntꝭ qñ sumũt
res faciẽtes ventositatẽ. Si venerit a debilitate
vtutis nõ potẽtis mouere clibanũ pectoꝛ̃ ꝛ pul
monẽ tũc sunt nares graciles ꝛ ꝯcte ad interio
ra ꝛ anhelitus est debilis cũ ꝑuo vel cũ nullo so
no. Si venerit ab opp̃lone cãne pulmõis vl̃ ali
arũ ꝑtiũ iuuantiũ ad anhelitũ: tũc trahit anhe-
litũ cũ magno desiderio ꝛc̃.

Pronosticatio in asmate. p°
anhelitus per
os ꝛ nares exiẽs frigidus: moꝛtale ẽ. p° ꝓnosti.
cañ. ꝛ ꝯ°. 27. ¶ 2° docet Aui. ꝓnosticare in lo°
p̃allegato. ꝛ Ga. ij. ãph. ꝯ°. 40. ibi. Bꝛãci ꝛ coꝛ-
rize. asma in senib⁹ nũq̃ curatꝭ: sꝫ aliq̃n ꝑ medica
mẽta alleuiatꝭ ꝛc̃. Sꝫ si asma accidit decrepitis:
nec curã recipit: nec asma maturatꝭ: ꝛ cã ab eis
redditꝭ in locis p̃dictis. qꝛ in iuuenibus est mul-
tũ difficilis cure: ğ in senibus maioꝛis difficulta
tis vel impossibilitatis cure. ¶ 3° anhelit⁹ tard⁹
ꝛ ꝑuus vel frigid⁹ vel sincop̃. vel si cogitꝭ pa. pe-
des stare: qꝛ anhelitũ hr̃e nõ põt. Oĩa ista in as-
mate sunt moꝛtalia sig̃: ꝛ freq̃ntissime suffocatꝭ.
¶ 4° si cũ asmate repl̃onis vel catarri celeriter
dissoluẽtis vel dissoluti assit tussis hũida ꝛ subi-
to cesset: vel sputũ diminuitꝭ: ꝛ remanet difficul-
tas anhelitus: tũc moꝛs est in ianua. ¶ 5° asma
ꝓpter dislocationẽ spõdiliũ: vix aut nũq̃ curatꝭ:
nisi reducerentꝭ spondilia.

Cura asmatꝭ. In asmate debemus hr̃e. 2.
intentões. Vna est p̃seruatiua a ꝑo
xisinis ei⁹. Et ista ꝯpletꝭ ꝑfecte custodiẽdo egrũ
a cãis: a q̃bus asma põt fieri: siue sint cãe ꝑmiti-
ue siue ãñcedẽtes interioꝛes vel exterioꝛes: et h̃
in q̃ñtũ possum⁹: q̃s poteris ꝯsiderare in causis
ei⁹. Ad cãs aũt ꝯiunctas ꝛ ãñcedẽtes debemus
ꝓcedere ꝑ viã p̃seruatiõis. Alia intẽtio est cura-
tiua tũc aut tu iã itẽdis curare asma ꝓut ẽ moꝛ
bus cronic⁹ aut ꝑoxisimũ ipsius moꝛbi crõici: q̃ q̃
dẽ est multi ꝑiculi. Si p° modo: tũc recurre ad
curã tussis fr̃ie dũ tñ asma fit a maª frigida hu-
mida viscosa: tñ aliqua hic describentꝭ. Si scdõ
modo videas hãc scripturã ꝛ opare sꝫ q° ibi or
¶ Primo caueãt asmatici tã isti exñtes in ꝑox°
q̃ an ꝑoxiᵐ ab oĩbus cibarijs fris ꝛ viscos̃. ꝛ ab
oĩni bal°. ꝛ fomẽtatiõe. ꝛ ab oĩ subito exercı°. vi
tẽt etiã nimis cal̃a. ꝛ marie in ꝑn°: donec coꝛp⁹
sit bene purgatũ. qꝛ talia materiam ingrossant.
Et caueãt a fris narcotiq̃: qꝛ talia ꝯgelãdo mate
riã ip̃am ad sputũ reddũt ineptã. vñ Aui. Poꝛ-
pter h̃ antiq̃ nõ apposuerũt in ꝯfectiõe cure as-
matꝭ opiũ nec iusq̃amũ nec mãdragoꝛã: nisi sit i
tẽtio ꝑ illud ꝓhibitio catarri: imo nec psiliũ. h̃
ille. Vtatꝭ cibarijs bõi chimi facilis digõnis. Et

vtatur brodio galli antiq̃ cocti cũ ysopo ꝛ croco ꝛ vtatur ordeato ꝛ auenato ꝛ colatura furfurũ. Et qñ natura est fatigata ꝓpter multitudinẽ sputi ꝛ ꝓpter tussim que cõiter seq̃ntur asma. sumat brodiũ pulle cũ vitellis ouorum ꝛ croco. Et teneat se ĩ loco calido: ꝛ regatur sicut in tussi iã dictũ est. Et si ergo egritudo est ꝓpter multitudinẽ ma^e frie siue viscose flatice: vt freq̃nti⁹ accidit: tũc vtatur p̃io medicis subtiliatiuis inscisiuis ꝛ maturatiuis sine calefactione vehemẽti. ꝛ post vtatur solutiuis. Rab aũt facit talẽ potũ. ℞. caricarum. ʒ. x. carniũ dactilorum se. apij se. fe^i capillorum ve. req. liqr̃. ysopi prasij. añ. ʒ. v. coquantur in. iij. lb. aq̃: do^c ad vnã redeat. Et sumat de hac decocti^e cũ. 2. aureis isti⁹ electua^i qd̃ ipse ponit. ℞. succi liqr̃. ysopi capillorum ve. añ. ʒ. x. cordumeni pipis amigd̃. amarũ. arist. ro. se. vrtice. añ. ʒ. j. mellis despumati q̃ suff. Et si ẽ nimis delicat⁹. ℞. electu^m de zuc. Ista cũ bñ expellũt supfluitates q̃ sunt i pl̃mõe. ꝛ hoc ɔtinuetur p io. dies vel. i2. Et ista vz i hora poti^i. ꝛ anteq̃ iuuat supfluitates ad expellendũ ipas maturando digerẽdo ꝛ subtiliando. Et post si corpus appet plenũ purget cũ pill. de agarico p^o in pua q̃ntitate dãdo. ʒ. j. vel. ʒ. j. ꝛ. ß. deinde pa. post aliquã refectionẽ comedat mel ꝛ sinapi. ꝛ post morã vomat digitis. vel pluma in ore imissis. Deinde dietet: vt supra dictũ ẽ. Deinde reuertatur ad supradictũ electu^m ꝛ potũ. ¶ 2⁹ mod⁹ ad eandẽ cãm ꝛ sinam est: q: pa. vtatur oximelle sq̃lli^o cũ deco^c vel potu Rab supradicto. q: manifeste ꝓdest ad materiã digerãdũ grossam ꝛ viscosam ꝛ ad sputũ ꝓuocandũ. Postea purget cũ pill. de agari^o infra dicẽdis vel cũ hac me^a. ℞. opoponaci pulpe coloq̃n^e. añ. ʒ. j. mast. rad̃. yreos añ. ℈. ij. an^i. ℈. ß. fiat massa. ꝛ det. ʒ. ij. ꝛc. Alie pill. ℞. pulpe coloq̃n^e ℥. iij. se. vrtice. epithi^i. añ. ʒ. j. cõserue yreos aga^i turbit. añ. ʒ. j. esule. ℈. j. ß. pill. cũ dissolutiõe succi liqri^e. Iste pille attrahunt hũiditates grossas a partib⁹ pectoralib⁹ ꝛ adiacentib⁹. deinde pa. comedat mel ꝛ sinap. ꝛ postea vomat. deinde vtatur isto electuario. ℞. pul. diaprasij pul. diaysopi. pul. diayrĩ: añ. ʒ. iij. ꝛ ß. ɔserue yreos. ℥. j. conserue capill. ve. ℥. ß. zuc. lb. j. fi. electuarium p bolos. G⁹ ꝛ Maly ɔcordant q̃ si sumat succi squille mell. ana. partes equales coquant simul donec fi. q̃si electuariũ ꝛ detur vnum coclear ante cibũ ꝛ aliud post ꝛ valet multũ. In isto etiã casu dicit Auicẽna ꝛ ex eis que iuuant ad maturationẽ materie asmatis est ius galli decrepiti. fricatio pectoris cũ manu vel mãdili aspo: maxime si anhelitus est ꝓperatrix: ałs p̃gat⁹. valz etiã fricatio cũ abrota^o ꝛ nitro. ꝛ hoc debet fieri sine oleo ꝛ vnguẽto: vt dicũt autores. vñ Serap. ꝛ ɔfert eis frica^o cum abrotano ꝛ nitro Et fricent cũ hoc vehemẽter: q: q̃escunt a labore. Et confert eis eleuatio vocis a submissa vsq̃ ad altã ꝛ longã. ꝛ hoc post vomitũ ꝛ purgationẽ. Hic scias q̃ mai⁹ iuuamẽtũ ꝛ p qd̃ q̃escunt citi⁹ a labore stricture pectorũ ꝛ anhelit⁹ est sumere oximel sq̃lliticũ vel electuariũ de succo sq̃lle ꝛ melle. 2^m refrigerium ẽ vomit⁹. 3^m ẽ sudor. 4^m ẽ eructua^o. 5^m ꝓuocare tussim. 6^m ẽ iacere supra pect⁹: dũ tamẽ pect⁹ sit alte. Comedat ḡ raphanũ ꝛ postea vomat vel lardare rapha^m cũ ells al. per diem ꝛ noctẽ. Et in crastinũ comedat raphan⁹ lardonib⁹ eiectis. nã sicut dicũt autores ells al. dũ bñ repmit ꝛ corrigit valde iuuatiu⁹ est in his egritudinib⁹ ꝛ securi⁹ est ꝛ absq̃ timore. ꝛ hoc etiã obseruato: vt detur in pua q̃ntitate ꝛ bñ repssus. ꝛ nõ det in porro^o asmat. ¶ Nũc volum⁹ hic ponere receptam pillarum de agarico s̃m descriptione Mebe^e: quibus oz vti bis in mẽse in ɔ̃seruatione a poris asmat. ꝛ valet ad purgationẽ materie frigide flatice: q̃ pata est fluere ad pect⁹ ad faciendũ asma ꝛ tussim. ꝛ sine dubio euacuant a ptib⁹ pectoralib⁹ ℞. agar^i. ʒ. iij. rad. lilij celestis prasij. añ. ʒ. j. turbit ʒ. v. yerap^e Gal. ʒ. iiij. pulpe coloquin^e sarcocole añ. ʒ. j. ɔficiant cũ succo yreos: dent. ʒ. ij. post purgationẽ sufficiẽter: det eis de tiria^a magna antiq̃ a qua euanuit virtus opij vel de metri^o: ꝛ vtatur diayrĩ. salomõis. Multa reme^a possem⁹ hic miscere s̃m autores. Nã epithi⁹ est multũ iuuãs in hac egritudine ꝛ aq̃ decoctiõis eius cũ melle. vel det aure⁹. j. de eo cũ rob vini vel cũ siru^o de yso^o. Valet etiã decoctio ficuũ ꝛ calamẽti: ꝛ decoctio fenug^i cum sir^o de yso^o ꝛ decoc^o fenug^i cũ ficub⁹ pinguib⁹ ꝛ melle pl̃imo. ꝛ det añ cibũ tpe lõgo ꝛ post sir. Ista reme^a ponunt ab Aui. Aliud remediũ sumat oĩ die asmatic⁹. ʒ. j. arist^e. ro. cũ ptisana. Arist. ro. vz ꝛ vtrũq̃ calamẽtũ sticad̃ arab. yreos ꝛ camepitheos casto^m vtraq̃ cẽtau^a. oĩa ista valent in electuarijs sirupis ꝛc. Vnũ electuariũ solet fieri multũ vtile ꝓ asmaticis. ℞. pulmonis vulpis sicci. ʒ. vj. calamẽ^i monta^i. ʒ. iiij. se. apij folij liqri^e rase añ. ʒ. 8. amo^i. pipis añ. ʒ. iiij. se. iusq̃ami. ʒ. ij. fi. electuarium cũ melle aut zuca. ro. ad modũ opiate. Ad idem. ℞. calamenti ysopi yreos pipis an^i. añ. ʒ. iiij. liquirit. ʒ. 5. fi. pul. et conficiatur cum melle. administrat ad quantitatem castanee mediocris mane ꝛ sero. Enula ꝛ aq̃ ei⁹ iuuat multũ in hac egritudine asmat. Et ex medicis bonis ꝓpinq̃s equalitati est ciminũ cũ

aceto mixtū. ⁊ est iuuatiuū valde ad anhelitus
preparationē. Muscillago se. sinapis al. cum eq̄li
mensura mellis coquatur vt electuariū ⁊ detur
in potu. Quādo est vehemētia p̄focationis ℞
baurach. ʒ. iiij. se. nasturci. ʒ. j. ß. puluis detˀ cum
aqua mellˀ. ⁊ confert statim fm̄ Aui. Ex sulfure
⁊ arcenico cū adipe renū capre fˀ suffumigiū et
sentiat ip̄m p nares. Idē pōt fieri ex myrrha et
costo stora. ⁊ cassialig. cro. aristolog. ⁊ galba.
in eodē casu. s. qn̄ est a ma. fria multa viscosa.
Haly iubet dare acetū squilliticū ⁊ oximel sq̄l-
liticū. ⁊ postea purgetur cum pillulis sic ℞. ye-
rapigre Ga. ʒ. ij. pulpe colloqn. ℈. ij. rad. yreos
ʒ. j. ani. ℈. j. fˀ massa ⁊ detˀ. ʒ. j. ⁊ ß. vel fm̄ magis ⁊
min. Deinde detˀ aliquod elcm̄ ex supradictis.
Centaurea minor cocta cū melle vz. valet etiam
electuariū de ysopo ⁊ nigella ⁊ rad. yreos cum
mellˀ farina orobi ⁊ lupinorū misceanˀ ⁊ incor-
porentur cum amigd. amarij. ⁊ mellˀ. ⁊ fˀ ad mo
dum opiate. Et si ī omībus istis misceres pul-
monem vulpis: p̄ualebit. verū etiam valent pi-
nee cum melle. ℞. galba. ʒ. j. ficus sicci. 4. misce
quoq3 in aqua ⁊ adde olei amigd. ʒ. j. bibatur in
tribus diebus continuis. ⁊ manifeste prodest.
Omīa ista fiant post purgationē hu. viscosorū
⁊ flātis cū me. laxatiua vel vomitu. ¶ Ad idem
℞. prasij pulueri. squille asse sub cinerib. an̄. ℥.
j. yreos. ℥. ß. mellˀ. vel zuc̄. quod suf. fac electua.
supra ignē lentū detur coclear. j. Et post bibat
hanc decoctionē ℞. ameos. ℥. j. epithi. ℥. j. ⁊ ß.
pulegij mētast. ysopi. an̄. ℥. ij. liquirˀ. ℥. j. mellˀ. lb.
j. fˀ apozia. dentur. ℥. iij. ℞. iniub. 30. nūo carica-
rum. 10. pass. mund. ab arillˀ se. malue sebestē li-
qrˀ. rad. cappar. ameos abrota. rad. enule cāpane
apij ysopi yreos prasij capillˀ ve. an̄. ℥. j. folij ma-
cis spic. an̄. ʒ. j. mellˀ. quod suf. fˀ apozima: ⁊ detˀ
cū thiriaca diatesseron. ¶ Aliō remediū ℞. oro
bi capillˀ ve. succi liquirˀ. an̄. ʒ. vj. se. fe. prasij yso.
aga. an̄. ʒ. iij. pass. enucleatarū. ℥. ij. mellˀ qō suf. fˀ
electuariū. detur. ʒ. j. ⁊ ß. Istud electuariū vz ad
asma ⁊ tussim ⁊ angustiā anhelitus. ¶ Sequitˀ
fir. valens ad idem. s. asma ⁊ tussim ⁊ angusti-
am anhelitus. ℞. epithimi abrotani prasij rad.
apij fe. ysopi origani monta. piga. calamēti. an̄. ʒ.
v. maq folij. an̄. ʒ. iij. pass. alb. lb. j. coque in. lb. v.
aque donec redeat ad. lb. j. ⁊ ß. ⁊ addatur mel. et
firupetˀ. Ras in. c. p̄mo de experimentis dicit q si
detur. ʒ. j. aristˀ. ro. prodest asmatico. Item deco
ctio vtriusq3 aristˀ ibidem. ℞. ysopi sicci yreos
myrrhe piperis ni. ⁊ longi cordumē. cardamo.
se. nasturcij car. an̄. ʒ. ij. spice. ameos costi. an̄. ʒ. j

mellˀ quod suf. fˀ ad modum opiate. ⁊ detˀ. ʒ. iij.
vel cum zuc̄. fˀ electuarium. ⁊ vz anhelosis ⁊ tus-
sientibus ⁊ epilenticis. Quādo homo est fortis
⁊ robustus ⁊ apparent signa san. cum rubore fa
ciei ⁊ vene sunt plene ⁊ eminētes tunc ꝯfert flō
mia de mediana ptis sinistre: ⁊ tunc fit ppter va
pores fumosos dominātes in corde ab humori
bus existentibus in arterijs cordis. Si vō ē p-
pter ventositatem ꝯsumetˀ illa ventositas. ⁊ detˀ
diacimi. ⁊ diacalamentū ⁊ fiat inunctio cū oleo
lauri. rutaceo ⁊ oleo nardi. Et fˀ emplm̄ ex anē
to ⁊ camo. ⁊ sansuco simul decoctionis. Et vta-
tur electuario quod vocat Auicē. diamerte in. 5.
can̄. ¶ Si asma est propter materiā reumaticā
a capite descendente quod cognoscitˀ quia aliq
pars exit p nares ⁊ p os ⁊ asma venit subito: cu
retˀ reuma: ⁊ expellatur cum tussi, illud qō ad pul
monem fluxum est: ⁊ quod in eo collectum est.
Auicen. iubet in capite ponere narcotica. Sed
ego magis pono resolutiuū ex camo. melliloto ⁊
vtroq3 sticad. ⁊ ros. ad confortandū: ⁊ fˀ saccu-
lus ⁊ cōmissure applicetˀ. Et bolus ar. est mira-
bilis in prohibendo catarrū vt ait Auicen. i. flu
xum materie a capite ad pectus. q2 quādo Ras
vel Auic̄. dicunt catarrū intelligūt fluxum ad pe
ctus. Et ego credo q debet masticari. ⁊ diu ī ore
teneri. vel gargarizari q2 aliqn̄ est reuma celeri-
ter dissoluens implens tracheam arteriā ⁊ pul-
monē ⁊ vias alias ⁊ instra anhelit. ⁊ subito du
cunt ad anhelitū ꝑperatū. ⁊ aliqn̄ ad interitum
precipue in senibus. Et ī isto casu debet pa. mul
tiplicare euacuationē. q2 illud qō paratū est flu
ere ad pectus vel pulmonē per emūctionē ex-
tra ⁊ p nares emittitˀ. ⁊ sic curātˀ illa me. ⁊ q2 ma
teria in somno magis fluit ad pectus iccirco sō-
nus vitetur q̄ntum possibile fuerit. Isti enī ma
gis aggrauanˀ post primū somnū. Et caueant
oīno a cena ⁊ stent ꝑpe ignē ⁊ stent erecti capi-
te anterius. Si tamē ꝑpter vigiliā ⁊ nimiā tussim
virtus deficeret ⁊ non posset bene tussire: nec ex
pellere: ego tunc ꝯforto naturā dando parū de
brodio pulle cū. iij. vitellis ouorū ⁊ pauco ʒʒ. ad
incidendū illā materiā. diminuatˀ igitur illa ma
teria antecedēs cū purgatiōibus ⁊ allijs ⁊ cōiu
cta per emūctionē ⁊ materia ꝯiuncta asmatis:
per tussim ⁊ sputum. Et inserantur hic ⁊ com-
pleantur alia remedia dicta in. c. de reumate ⁊c.
Qn̄ aūt fit ꝑpter debilitatē neruorum ⁊ lacerto
rum. quia ipsi nō bene possunt mouere pectus
tūc etiā vtatˀ reb. ꝯfortātibus neruos sicut fuit
dictū in. c. de palisi ⁊ spasmo. ¶ Ista aūt cōfor-

tantia neruos misceant cū aliquib⁹ appropriatis ad mēbra anhelitus. ⁊ in hoc casu est virtus ydonea in pineis ⁊ in medicinis ex ipsis cōpositis. vt est pineatū cū melle factū ⁊ looch de pinea ⁊ sitia. sili oleū eax ⁊ oleū de castoreo. vngatur ergo lat⁹ ⁊ spina dorsi cū istis oleis ⁊ nucha ⁊ prin⁹ neruox cōfortent ⁊ confortet caput. Et vtat pa. bonis cibarijs confortatiuis virtutis. Auic. aūt in 2ª distinctione 3ª. cañ. c°. 1° . ponit confortantia neruos ⁊ illa q̄ in potu sumuntur sunt achorus mirt⁹ ⁊ grana pini castoreum cerebrū leporis assatū siccad. cuius ppria dos est omī die. ʒ. j. vel ß. pill. ex eo ⁊ agarico vel ex eo solo. Itē agaricus cōfortat neruos ⁊ calefaciēdo ⁊ purgando. ⁊ multa alia. vide ibi si placet. Si asma fit a siccitate qđ scitur ex priuatione sputi et siccitate nasi oris ⁊ ventris ⁊ gracilitate ⁊ siccitate subiecti: ⁊ q: non adest sonus: tunc dent hūc: etantia ⁊ potus lactis capre asine ⁊ oleū amigđ. sirup⁹ viol ⁊ de papauere ⁊ vinū subtile ⁊ emplastra ⁊ vnguēta humectātia. ⁊ debet fugere calefacientia ⁊ desiccātia. ¶ Si aūt est propter caliditatē solā: dentur infrigidantia: vt est diacodium diadragā^m frigidū sir⁹. viol ⁊ nenuf. aqua ordei ⁊ sirupus de papa. ⁊ vnguenta ⁊ olea frigida vt oleum viol ⁊ vnguentū al. quod describet dante deo in ca°. de ptisi. ¶ Qñ asma est a frigiditate sola vtat calefacientib⁹: vt est sirup⁹ de prasio. sirup⁹ de ysopo diayri diadrag^m calidū ⁊ similia. vtat decoctione fenug⁹ cū carid ⁊ pass. q: multū valet. ⁊ vngatur cū vnguētis calidis: vt est marciatō dialtea. ⁊ silib⁹. Et teneat se in loco calido bene indut⁹ ⁊ calceat⁹ ⁊ sufflet ignem sepissime. Nunc aūt q: iuuenes gaudent in ordinatiōe iā facta: facim⁹ talē sirupū q̄ valet asmati de causa frigida ⁊ hūida. ℞. rad apij. ⁊ fe¹ ⁊ yreos enule cāpane arist^e ro. rubee aco¹ añ. ℥. iiij. ysopi calamēti pulegij origa¹ epithi¹ poliј monta¹ prasij capill. ve. eupato¹ sticad ara. sqlle liquiri. rab. pass. mund. ab arillis: iuiuba: sebestē. añ. ℥. ij. an¹. marratri amecos folij añ. ℥. j. carid. x. nūo mell. ℔. ij. fi sirup⁹ quo vtat longe ante cibū ⁊ post cū aqua ordei. Deinde purget cū pill de agarico supradictis vel cū istis. ℞. aga¹ turbit. se. vitice polipo¹ ana. ʒ. j. euforb¹ pulpe coloq̄n^e succi cucu. asi¹. añ. ℈. j. geralogodiō. ʒ. iij. an¹. maratri spice¹ bdellij mastī. foliox mente absin¹ succi liquiri. añ. ℈. j. cōficiant cum melle ⁊ dent. ʒ. ij. Post ista prouocet vomit⁹ cū isto electuario. ℞. zuc. ℔. ß. succi sqlle succi cepe domestice ana. ℔. ß. coquantur simul ⁊ fiat electuarium per bolos ponderantes. ʒ. iij.

⁊ capiat. j. boluз. ⁊ videbis mirabilia. Vel sic ℞. oximell sqlli¹ quarte. j. aque rafa¹. aque sambuci olei sisa¹ vel saltem cōmunis añ. ℥. j. misceant. ⁊ capiat medietatē vel vnam partem. Et post inuetur cum pluma in oleo intincta. Post ista potest sumere de istis electuarijs diacalamētū diapenid. diayri salomonis ⁊ similia. In casu supradicto det omī die. ʒ. j. arist. ro. cum melle. vel dentur omī die. ʒ. ij. se. nasturcij cū oleo amigđ. dul. Squilla cocta cū melle ⁊ comesta valз multū et radix si det cum ydromelle. Terantur bace lauri ⁊ dentur in potu. Itē decoctio centauree maioris detur in augmēto egritudinis: vt nō suffocetur. Et in quiete detur decoctio minoris cētauree. Valз etiā decoctio ysopi cū melle. vnde versus. Ad pulmonis opus cum melle dat ysopus. Et breuit dico q̄ tussis ⁊ asma multū conueniūt in cura. Preter ea que dicta sunt simplices medicine asmati valētes collecte ex 2° ⁊ 3° cañ. per me hic volo accumulare. ¶ Primo armoniacū trāsglutitū cū aqua ordei ⁊ melle confert difficultati anhelitus ⁊ asmati. Aristologia est bona asmati ⁊ stricture pectoris. Amigđ. ⁊ maxie amare ⁊ oleū amigđ. dul. ⁊ cibus ex amigđ confect⁹ conferunt tussi ⁊ asmati. Decoctio abrotani cōfert difficultati anhelitus ⁊ asmati. Lignū balsami ⁊ semē ei⁹ valent ad idem ⁊ ad stricturā anhelitus. Coloq̄ntida faciēs euacuationē cōfert anhelitui vehement. ⁊ verum dicit Auicen. ideo competenter miscetur cum pillis de agarico. q: agaricus ⁊ coloquin^a singulariter habent aspectum ad materiā grossam pectoris ⁊ pulmonis. Ciminū coctū cū aceto cōfert difficultati anhelitus. Decoctio cypressi cum vino confert difficultati anhelitus. Solutio facta cum decoctiōe cucu. asi¹ vel cum eius succo valet vehement malicie anhelitus. Enula in decoctione ⁊ substantia i. posita in pserua prodest asmati sm Auic. in 3° in ca° de dolore pectoris. Epithim⁹ est vehemēt iuuamenti in asmate. Auicena in tertio. Ius galli antiqui cum aneto ⁊ catarro confert asmati. Galbanū idem facit. Radix lilij celestis cōfert difficultati anhelitus abstergendo. Laurus confert difficultati anhelitus cum melle minuendo superflua ad pulmonē venientia. Myrrha est bona asmati cū sua abstersione subtili absq: asperitate. ideo conuenienter iungitur in pill. de agarico. Nigella confert difficultati anhelitus: ⁊ est inscisiua flegmatis ⁊ abstersiua. Oua valent asmati et tussi siue sorbilia siue iussella facta ex eis. Porrum cum aqua ordei et melle confert

asmati. Urtica ⁊ se. eius si bibat cū aq̄ ordei mūdificat pectus. ideo si cū ptisana misces eius extremitates: nō deficies. Volubilis bona est pectori ⁊ pulmoni: ⁊ mūdificat asma. Sādaraca facit idē. Ruta humida cal. ⁊ sicca in scdo gradu. ⁊ ruta sicca calida est in tertio gradu. Decoc° rute hūide cū aceto valet dolori pectoris ⁊ difficultati anhelitus. Reubar^m confert asmati: ⁊ san. sputo. Squilla confert asmati valde ⁊ ideo confectiões q̄ ex ea fiunt sicut fit oximel squilli^m siue elec^m siue cōserua quā iubet facere Aui. ⁊ Gordo. siue p aliū modū ministrata multū valet ⁊ q̄si sup oīes mūdi videt valere medicinas. vel men. i. camo. fetida cal. est in 3. gdu. sicca in 2°. confert asmati: si bibat sicut epythim⁹. Se. vrtice bibitū cū aq̄ ordei vel cū aq̄ faseleos remouet asma. Crocus confert instris anhelitus ⁊ facit sputū facilē. ideo desiccat ⁊ puluerizat ⁊ dat. ℈. j. vel. ʒ. ß. cū aq̄ decoctōis cauliū ru. vel cū iure galli antiq̄ nitrosas carnes hñtis ppter hoc ⁊ croc⁹ magis ponit i iure gallie ptheticor ⁊ tussiculor in duplici q̄ntitate q̄ in iure galline sanor. Cartam⁹ pect⁹ purgat ⁊ apit opplōnes pulmōis ⁊ clarificat vocē: q̄re g̃ nō valebit in asmate: imo vere ⁊c. Furfur confert pectori ⁊ pulmoni leniēdo: ideo artificialis ⁊ bonus cib⁹ fit ex collatura ipi⁹ fact⁹ in brodio galli antiq̄ vel saltē gallie ⁊ zuc. Serapi^m cal. in tertio: sic. in 2°. confert dolori pectoris ⁊ lateri ⁊ tussi antiq̄. ⁊ dat cū aq̄ rute de ipo 4^a. ps. j. ʒ. Siseleos ca. ⁊ sic. i. ij. gdu confert asmati ⁊ cōstrictiōi anhelit⁹. Scea. i. cētonica calida in 2°. sic. in 3° confert difficultati anhelit⁹. Pulmo vulpis siccus valet asmati. Dos eius est. ʒ. j.

Dieta asmaticor filis est diete habētium tussim. posito igit q̄ sit ab hu. frigido in pulmōe imbibito: indiget stare ⁊ cōuersare in aere calido ⁊ sicco cauēdo aerē paludosum ⁊ aquar brunosum. ⁊ iaceāt in camera nō reumatica in qua in hyeme fiat ignis sine fumo de lignis siccis. Panis sit bene fermētatus nō azimus nec durus nec oppirus. Carnes sint mutonis iuuenis vel pullor vel gallinar pdicū fasianor colūbar volatiliū ⁊ turturum. Et comedat auiculas cāpestres ⁊ turdos ⁊ merulos. Et caueat ab anserib⁹ ⁊ auib⁹ aq̄ticis: ⁊ carnib⁹ porcinis sup oīa. in dieb⁹ nō carni^m comedat oua sorbilia solū vitella. Et comedat ordeatū ⁊ auenatū ⁊ colaturā furfuris brodiū vitellor ius cauliū ru. par bullitor ⁊ porr de illo: nō cōedat lactucas nec spinargia nec portulacas. pet°. pōt vti fe° ⁊ yso°. ⁊ interdū borag. ⁊ porris bullitis. Itē oēs fructus recētes vitabit siue sint cocti siue crudi: pcipue parcat castaneis piris ⁊ nucibus ⁊ fructibus acerbis ⁊ stipticis: vt sunt sorbe nespule pira ⁊ similia. Vinū sit album clarū maturū cū tpata q̄ntitate aque decoctiōis liquiri. ⁊ caueat a vino grosso siue nigro. ⁊ a vino acri ⁊ acerbo. Et non potet aquā nec vinū pomor ⁊c. Caueat ab aceto nisi via medicine ⁊ ab agresta ⁊ ab oī re acri. Prohibeat ab oībus excellentis salcedinis: vt sunt carnes ⁊ pisces ⁊ caseus salit⁹. nullus caseus est eis vtilis. butiro tamen interdū potest vti. Oīa legumina eis inutilia sunt pter faceolos: q̄ cōferūt pectori ⁊ pulmōi leniēdo. ¶ Pisces inutiles sunt asmaticis: quia flā generant: si tamen aliquādo cōtingat vti: sumat i parua q̄ntitate: ⁊ sint tosti in craticula. Gñale autē documētū est: q̄ q̄ntūcūq̄ cibaria sint lenia et vtilia: semp caueat a supflua replōne cibi ⁊ potus: imo semp comedat citra saturitatē per magnū spaciū. Caueāt itaq̄ asmatici a subito exercitio ⁊ motu. q̄ multi in hac via celeriter perierunt. sed loco exercitij vtat fortibus fricatiōib⁹ maxime circa pectus cū aspero mādili. Species sunt eis concedende cum suis cibarijs: q̄ calefaciunt pectus: ⁊ impediūt flātis gñationem digestionē cōfortando ⁊c. Si asmatici possint cātare vel vocē eleuare a submissa vsq̄ ad altā siue in cantico eccl'iastico siue cātilenis seu alio quouis modo: absq̄ dubio pectus ⁊ pulmo exercerent: ⁊ iuuaret ad expulsionē supfluitatū cor qd asmaticis nō esset inutile. Vtat caricis calefactis ad ignē: donec incipiāt sudare p se vel cū puluere ysopi ⁊ liquiri. vel calamēti sup sperso. Vtat etiā pass. mund. ⁊ niuibus ⁊ sebestē. ⁊ pineis ⁊ cōfectiōibus facti ex eis: vt pineatū. Et vtatur amigd. dul. ⁊ oleo ear. Asmatic⁹ nō comedat allia nec sinap. nec vaporosa: q̄ timendū est de catarro. Et comedat cibum pue q̄ntitat ⁊ multi nutrimenti. Et caueat ab eis: q̄ in se multas habent supfluitates. Et teneat se in calore lecti ⁊ sudet si potest.

Declaratio asmatice. ¶ Primo sciendum: q̄ cura asmatici a causa calida vel frigida sine materia nō differt ab ea: que cū materia est: nisi q̄ in vna cōuenit purgare ⁊ pparare materiā: in alia nō: sed q̄ntum ad alterātia equalia sunt. Et iuxta illud scias: q̄ tussis de frigida causa cū materia quasi eisdē medicinis indiget: sicut asma a materia frigida. verūtamē in asmate fortiores eē debēt ppter maiorē imbibitionē ⁊ inuiscationē ma^e in vijs ⁊ canalib⁹ pulmonis. ¶ 2° nō: q̄ asma in ltis aialib⁹ ac

cidit. pˀo hoībus. 2° eq̄s. 3° auibꝰ de rapina viuē
tibꝰ. ¶ 3° nō ꝑm Cōstᵐ in 3° sue theoᶜᵉ: ꝙ pl'mo
est q̄si sella τ repositoriū ꝑuans aerē friū ad re/
frigerandū feruorē cordis. Et iō ꝯtigit ꝙ hō pt
anhelitū retinere ꝑ morā: cū ponit caput sub aq̄
vel cū est in loco fetido vl' calo: q: cor refrigeriū
recipit ab aere in pl'one retēto: verꝫ ēt ē: ꝙ anhe/
litū volūtarie diutiꝰ retinemꝰ ꝙ̄ si aliq̄s strāgula
ret: q: in retētione anhelitꝰ volūtaria supfluita/
tes fumose a corde expellunt: τ in strāgulatiōe
pl'res ibi augmētant rōne maioris necessitat̄ τ
laboris τ motꝰ vel conatꝰ strāgulati. ¶ 4° scias
ꝑm Aui. in. io°. tertij p° ꝑmone vl'i de anhelitu:
ꝙ eedē dr̄e q̄ repiunt in pulsu eedē repiunt in
anhelitu. vt est pulsus longꝰ τ breuis magnꝰ τ
ꝑuus velox τ tardꝰ cal's τ frīdus frequēs rarus
fort̄ debilis itersci sus ꝯtinuꝰ spasmosus tremu/
lus ꝑue repulsionis τ multe repulsionis venaꝝ.
τ sicut ꝑ pulsuꝫ habent significatiōes rerū lau/
dabiliū vel illaudabiliū. oīa ista repiunt in an/
helitu. Silr̄ sic pulsus mutat ꝑꝑ etates τ cōpl'o
nes τ tp̄a anni τ ꝑꝑ accidētia aīe τ corpis: τ silr̄
ꝓpter ista mutat anhelitꝰ. Jccirco ypocras in ꝓ
nosticatiōe solū tractauit de anhelitu. τ pulsuꝫ
tacuit. Differunt tn̄ (sicut dicit Gordonius) q:
motꝰ pulsus est pure nālis: vt ponit Aui. ibidēꝫ
in ꝑn° capl'i. Motꝰ aūt anhelitꝰ pōt alterari cuꝫ
volūtate. Et q̄ seq̄tur manifeste: ꝙ anhelitꝰ fit a
duplici ꝟtute. s. a ꝟtute nāli regitiua: τ ptiꝫ a vir
tute aīali volūtarie motiua. Jdeo retinemꝰ an/
helitū ꝑ istā virtutē volūtarie motiuam. Jn tp̄e
enī vigiliaꝝ ista aīalis volūtarie motiua vincit
nālē. q: ꝑuat nāle a suo actu saltē ꝑ aliq̄ tp̄is spa
cio. sꝫ in tp̄e somni aīalis vicit q: semꝑ nālis vir
tus regitiua opat cor dilatādo τ cōstringēdo. τ
thoracē sollicita de īdiuiduo. Et ābe iste ꝟtutes
τ aīalis volūtarie motiua τ nālis reponunt sub
dispōne ꝟtut̄ nālis regitiue vt ponit Gordoꝰ in
ca° de asmate. ¶ Quito nō ignores ꝙ aliq̄n nā
est ita debilitata in asmate: τ aliq̄n sopita: ꝙ nō
pōt moueri ad tussim nec ad expellendū super/
flua retēta in pl'one τ pectore. Et tūc si debilita
ta est ꝑꝑ nimiū sputū vel defectū cibi: tūc dꝫ cō
fortari cū cibis τ iussellis pulloꝝ τ vino bono.
Si ꝟo est stiptica: dꝫ icitari tussim ꝓuocādo cuꝫ
oximelle diuretico vel squillitico: q̄d est meliꝰ: vl'
cū ḡnis ḡnati acris: vel saltē cū aceto gargariza
to. ¶ 6°. itelligendū: ꝙ ꝑ iam dicta poteris co/
gnoscere ꝙ asma ꝑut est morbꝰ nocet manifeste
nālibꝰ opationibꝰ. Et h̄ est morbꝰ: vt dicit Ga.
ꝑino de morbo ca° 6°. Attamē habendo respe/
ctū a q̄bꝰ ꝓcedit, dicimꝰ: ꝙ pōt eē accidēs dupli/
ci ḡnis morbi. ¶ Pˀio morbi consilis. q: male
cōpl'onis cal'e vel fri'e vel sicce in ipso pl'one itro
ducte. ¶ Jtē pōt eē accidēs morˡ officialꝭ q: op/
pilatiōes pl'onis τ trachee. arterie. q̄ sꝫ oppilata
τ plena hūiditatibꝰ supfluis τ flātiq̄ τ viscoꝭ: vl'
vētositate grossa: vel pōt eē accidens ꝑalisis vel
spasmi vel ēt eē accidens morbi cōis: q: sol'onis
ꝯtinuitat̄ in thorace vel in aliq̄ mēbroꝝ anheli
tus. Et pōt eē accidēs morbi cōpositi: q: apatis
pl'onis q̄d dr̄ ꝑipl'onia vel apatis guttur̄ q̄d dr̄
squinā°. ¶ 7° itelligēdū ꝙ asma i se ē egri° croni
ca hꝫ tn̄ aliq̄n ꝑoxismos malos τ acutos freq̄nt
ducens ad suffocationē: τ q: morbꝰ cronicꝰ est iō
in iuuenibꝰ ad sanandū durꝰ quāto magis in seni
bus. 2° amph̄. ibi brāchi τ corise. eadem snīa est
Aui. vt fuit dictuꝫ in ꝓnostica. ¶ 8° nota: ꝙ in
asmate cū ma° cōiter est tussis hūida. q: ma° in
pl'one exn̄s nō ita cito pōt eē eūata ꝑ aliquā ita
vtilē viā sicē ꝑ tracheā arteriā. Jō nā nitit ipsam
expellere ꝑ eā ꝑcognoscens nocuᵐ mortale: q̄d
ipsa ꝑata ē ꝓuocare. τ ꝑꝑ h̄ vtile est imo q̄nq̄ ne
cessariū: vt nā icitet ad tussim τ sternutationēꝫ:
vt iā ꝑtactū ē τc̄. ¶ 9° scias ꝙ asma respectu sui
ꝑoxismi ē morbꝰ acutꝰ. vt iā dictū ē: q: freq̄nter
ifra. 2. dies occidit suffocādo. Sed respectu sue
materie fri'e τ iterpolatiōis dr̄ eē morbꝰ cronicꝰ.
q: multi a ꝑn° sue creationis sunt asmatici. q̄ ꝑ
multū tp̄s viuūt. Et tales vident in pectore hr̄e
ꝑuos caniculos vl' cattos ꝑuos. ¶ Decio nō. ꝙ
motꝰ dilatiōis mēbroꝝ pectoraliū τ silr̄ ꝯstrictio
nis ꝓcedūt ab eadē virtute: sed tn̄ hoc fit ꝑm di/
uersos villos sicut dicit Gordonius.

¶ Capl'm vndecimū de ptisi.

p Tisis est vlceratio pl'onis τ con
sumptio totiꝰ corpis. 5°.
āph̄. ꝯ°. io°. ibi. Ptisis maxie fit etati/
bus. ¶ Et seq̄t ibi: ꝙ vlceratio pl'onis dr̄ ptisis
Egri° tn̄ ista sumpsit nomē a dispōne seu hitu/
dine: quā i corpe iducit. s. ꝯsumptiōeꝫ corpis. Nā
ptis ꝓpe i greco idē ē q̄d ꝯsump° latie vt dic frat
Joh̄. de ianua in catholicone seu ꝓsodia τ cete/
ri diriuatores. τ h̄ est rei veritas. quicq̄d cantet.

Cause ptisis sunt vel eē pn̄t q̄dā ꝑmitiue
q̄dā antes τ q̄dā ꝯiuncte. ¶ Pri/
mitiue vt vulnus penetrās vsq̄ ad pl'oneꝫ: τ in
eo faciens aliquā paruā sol'onē ꝯtinuitat̄: ictus
casus ꝑcussio: nimius calor faciēs fluere mate/
riam ad pl'onē. nimiū frigꝰ cōstringens vel īfri/
gidans. aer pestilētialis τ mineralis τ foucat: τ
cetere res extrinsece: q̄ pn̄t iducere vel mltiplica
re cās antes ptisis: vt statim appebit. ¶ Cause
antes quedā sunt magis remote: vt longus vsus

ciboꝝ calꝺoꝝ. vt pipataꝝ alleataꝝ cepaꝝ ꝛ oīum
spērū calꝺaꝝ. ex q̄b⁹ seq̄t sanguis acuitas ꝛ subti
lis multit° māc sanguinee in corꝑe a q̄b⁹ pōt ꝑ/
uenire ꝑ° ruptura venaꝝ vel apa in suba pl'onis:
silr dimissio exercitij ꝯsueti ꝛ retē° flux⁹ ꝯsueti: ꝛ
breuit oīa illa q̄ dcā sīt in c° de sputo san. ¶ Cāe
aūtes priores sīt forꝭ tussꝭ iduces rupturā i pl'o/
ne. vl' flux⁹ catarri calꝺi a capite vl' alio lo° ad pl'o
nē. vt q: illa mā fluēs ē pūgitiua mordicatiua cor/
rosiua aut putrefactiua. vel sanies a pl'reū vl' ab
alio apate currēs ad pl'onē. silr pipl'ia pl'reꝭ apa
epaꝭ vl' mīrīq. ꝛ siliuz locoꝝ. q̄ alī mittūt saniez
ad ꝯcauitatez pectorꝭ ꝛ freq̄nt ad pl'onē ꝛ silia.
¶ Cāe ꝯiuncte sunt pipl'ia in fcō eē. q̄ iaz cōpu
truit ꝛ saniauit ꝛ est iaz vlcerata. alia cā pōt esse
sanies in pl'one sine forti expulsione. alia cā pōt
eē iā dicti hu. putrefaciētes ipsiuz pl'onē. vel cor
rosio in eo fcā vel solꝺ ꝯtinuitaꝭ a q̄cūq; cā fu/
erit. silr sputū san. nisi citissime succurrat. ruptu
ra etiā venaꝝ pulmonis ꝛ sic de singulis.

Signa egritudis q̄dā ponūt a Ga. 2°. de mor°. c. 6. vbi dic̄ sic. In ptisi
cis vo nares fiūt acute ꝛ tenues timpora plana
ocl'i ꝯcaui spatule vo ꝛ hūeri circa exterioravtunt
ꝛ q̄si ale appēt. h oīa ꝑn' formā corrūpūt h ille.
Et vltra h adest fe. lēta ꝛ maior calor ꝛ fe. p⁹ ci/
bū tussꝭ ꝛ aggūa° pectorꝭ cū difficult̄ ā hclit⁹ spu
tū saniosuz alīi sāguieū: rube° maxillaꝝ curua°
vnguiū. Et si vlc⁹ ē i alio lo° q̄ i pl'oe: ad qꝺ seq̄n
tur aliq̄ ꝺ dcīs signis: vt ē t̄chea arteria ꝛc̄. Hoc
cog̊scit ꝑ dolorē ꝛ aggūatiōez illi⁹ loci. cū h adest
fetor: si ē i aliq̄ pte pectorꝭ ꝑter pl'onē ꝛ cānales
ei⁹. ꝛ tūc ē magꝭ laborātvna hora q̄ alia. ¶ Itē
cog̊scūt ptisici: q: citissime ledūt a q̄cūq; excel/
len͛ aerꝭ siue calꝺi siue fri. et vole manuū ꝛ plāte
pedū sepe calꝺa tactu repiunt maxie p⁹ cibū. ꝛ cū
h ingīti ꝛ de facili irascibiles ꝛ difficil' ꝯuituꝭ re/
periunt. ꝛ q̄n cū istis corp⁹ icipit ꝺmacerari ꝛ de
siccari: ꝛ curuitas māifesta appēt ivnguib⁹ ꝛ pi/
li icipiūt cadē: tc̄ n̄ dubites q̄n tal' sit ptisic⁹. Et
pulsus ptisicoꝝ s̄z Ga. i li° de itroducēdis i pul/
su ē pu⁹ ꝛ debil' ꝛ moll' ꝑꝑ mollicīe mē' vlcerati.
Si vo ptiꝭ ē ꝑꝑ hu. salsuz ip̄z vlcerātē ꝛ corrodē
tem: tūc sputū est salsum. ꝛ sic de alijs saporib⁹.
¶ Sig̃ āt ꝑ q̄ poterꝭ cog̊scere patos ad ptisiz po
nunt a Ga. 5. āph. ꝯ°. 10°. ibi. Ptiꝭ maxie etati/
bus fit ꝛc̄. Sic vicini t̄n sunt huic passiōi q̄ tq̄t sīt
tortoꝝ cruriū ꝛ lōgū collū hn̄t ꝛ pect⁹ tenue. vbi
supra. ¶ Et Aui. i. 10ª. 3ª. tc. 4. c. 20. dic̄: q̄ isti sīt
hn̄tes hūeros eleuatos: ac si hn̄t alas: ꝛ gut/
tura coꝝ eminēt ad ex̄. ꝛ si cū istis hn̄t cere'¹¹ de/
bile recipiēs sup̄fluitates a mēbrꝭ iferioribus ꝛ

hu. fluxerit acuti ꝛ colerici vel salsi. tūc iā ē sig̃
magꝭ certū ptiꝭ future. Et si veniūt ista sig̃ in re
gione fria: q: s̄m Aui. in tali regiōe vene freq̄n/
tius rūpunt i pl'one. ꝛ cū h magꝭ multiplicat vel
detegit in autūno q̄ i ceterꝭ anni tꝑib⁹. ꝑpt eius
intēperiē ꝛ fritatē ꝛ siccitatē. tūc maior erit pre/
sump° ptiꝭ. ¶ Signa aūt si fe. ptisicalis cōpo/
nat cū putrida: sic idagabit q: si ista putre. ē de
gn̄e colerici hu. tūc magꝭ affligit oī die in horis
colere. ꝛ sic cōsilr dicat de flāte. ꝛ cū h adest alīi
in ꝑncipijs paroxismoꝝ frigus: aliq̄n tremor ꝛ
aliq̄n rigor siue fit de colera siue de flāte.

Judicia i ptisi. Pⁱo dic̄ Aui. q̄ si fe. ptisicoꝝ cōpōat cū alijs fe. i/
terpolat. deterior eaꝝ cū q̄ pt misceri: ē q̄rtaª. de
ide q̄tidiana. ꝛ h vr̄ eē ꝑpt māe ḡsimitudinē q̄ est
cā durationis morboꝝ. ¶ 2°. si ptisici expuūt
aliq̄d de venis pl'onis vl' anul' eaꝝ vel aliq̄d de
anul' cāne pl'ois: cito moriūt. ¶ 3° s̄z ypo. q̄buſ/
cunq; ptisiꝭ ꝺfluūt capilli si diarria supuenerit:
moriūt. 5. am. āph. 13°. ¶ 4°. q̄ a ptisi molestāt:
si sputū q̄lecūq; expuūt. gue: fetet sup carbones
effusuz: ꝛ capilli a capite ꝺfluūt: mortale. 5. am.
āph. 12. Et cā dat a Ga. i ꝯ°. q: fetor corruptio/
nē hūoꝝ ꝛ ꝯsumptiōem mēbroꝝ solidoꝝ sig̃t. ꝛ
casus capilloꝝ nutri'¹¹ sig̃t ablatū siue corruptū.
vt dic̄ Aui. in lo° iā dcō. ¶ 6° ptiꝭ maxie fit etati
bus. Aui. 18. annoꝝ vsq; ad. 35. ānos. 5. am. āph.
10°. ¶ 7° ptiꝭ ātiq̄ nō recipit curatiōez: sic dicit
Haly. ¶ 8°. s̄m oēs vlc⁹ in ptib⁹ pectorꝭ ex q̄ seq
tur ꝑfecte ptiꝭ facili⁹ medelā amittit ꝛ ei⁹ min⁹
est ꝑiculū sanariq; pōt. qꝺ t̄n in pl'one ē difficilr
pōt mederi. eiusq; ꝑiculū gue ē: ꝛ q̄ pauci ab eo
sanant. vba sunt Haly de regali dispōne li°. 6°.
2ᵉ ꝑtis. c. ꝑpō. ¶ 9°. autūn⁹ ptisiꝭ malus est 3°.
amph. am. 11°. Et seq̄tur in ꝯ°. Ptisicos itellexit
ypo. yrcos ex vulnerib⁹ laborantes pulmonis.

Cura tio ptiꝭ Iā dixim⁹ cān. vl'es i cura vlceꝝ pl'onū i ca° ꝺ emopᶜᵃ: ad q̄s in
isto c° ꝑ ei⁹ sustētatiōe ē recurrēdū. q: tussꝭ miti/
ga° ꝛ corꝑis trāq̄llitas ꝛ fere cetera: q̄ ibi dcā sīt
nō sūt obmittēª. ꝛ ꝑcipue cās tussꝭ: lz nō ex toto
q: alīi tussꝭ ē necīa in mūdificatiōe saniei ꝛ alte
ri⁹ materiei i pl'one exn̄tis. In cura igit ptiꝭ ꝑ°
ꝯsideret si ē ibi catarr⁹ ꝛ ille curet. q: radix eius
ē: sic dic̄ Aui. Mūdificet ḡ corp⁹ eiz sīoīa: si est
nec̄e. vt si adest calor ꝛ corꝑis. plenitudo. Deide
purget cū medicis attractis diuisoꝝ hu. vt sunt
pill' cochie: q̄b⁹ misceat paꝝ de bdellio ꝛ gūi ara.
s̄m Aui. Et itelligit i corporib⁹ fortib⁹ ꝛ in ꝑn°
egritudinis añcedente maturatione: q: postq̄
sunt debiles ꝛ extenuati; nec purgatio: nec sīoīa

hñt locū. Isti aūt vtanť cibi pauce q̄ntitatis et multi nutrimēti nō hñtes ī se supfluitates multas. Nā ptisici pcter saniē q̄ in pl̄onis viscerib⁹ eoꝝ gñatur multe in eoꝝ pectoribus supfluitates aggreganť aliqñ p viā reumatismi a capite descēdētes: aliqñ ab aliis mēbris: aliqñ rōne vlceris aliqñ rōne debilitatis mēbri materias suscipiētis: q: cōstat mēbra vlcerata esse debilitata Aliqñ a fortitudīe mē¹ mādātis. Aliqñ rōne tussis q̄ ad pl̄onē freq̄nter hūiditates corpis trahēdo coadunat vt visuꝫ est in.c.de tussi. Aliqñ etiā rōne debilitatis vtutis dige^e ex cui⁹ debilita^e superflua ɔtinuo in corpe aggregāť. H oīa sunt causa multaꝝ supfluitatū in pectore ptisicoꝝ ꝛ p cōseq̄ns multi spuri. ¶ Quātū igiť ad desiccationē catarri ꝗ sacculi exiccatiui dicti in.c.de catar^o ꝛ in.c.de emopthoica ꝛ in multis locis. Et vtatur diacodion ꝛ sir^o de papa. maxie qñ reu^a est calidū: ꝛ adest calor: ꝛ vtať looth de papa. ei⁹ re^a inferi⁹ describeť. Et ista est p̄^a ɔsideratio. ¶ 2ª ɔsideratio dꝫ esse circa vlcus: qd̄ vt plīn est incurabile. verūtñ q: aliq̄ videnť curari: nō videť bonū vt eos totaliter q̄si desperatos relinq̄mus: q: aliqñ hō opus incipit: ꝛ deus ɔseq̄ndo pficit illud Vlcera aūt p̄us indigēt mūdificatiōe ꝛ abstersione a sorde ꝛ sanie: deinde exiccatiōe. postea incarnatiōe ꝛ cicatrizatiōe: Pro q̄ Ga.5.meg¹ iubet dari mellicratū vľ mel ad lambēdū. Et Aui. post ip̄m in.10^a.3..c.de cura ptiſ dicit: q̄ mel est vehiclm medicinis ptiſ. ꝛ cū h nō nocet vlceribus. Et in.3.reg̃.acutoꝝ ɔ^o.3. iubet Ga. āministrare ad purgatiōnē grossoꝝ hu. in pectore ꝛ pulmōe secaniabi.i. sirupū acetosuꝫ. ꝛ post ip̄ꝫ ydromel deindi aquā ordei. Et vꝫ ēt ī hac mūdificatione sir⁹ de ysopo ꝛ oximel sq̄lliticū ꝛ sir⁹ de iuiub. ꝛ ea q̄ dicta sunt in.c.de tussi: ꝛ in.c. de empimate. ꝛ ea q̄ ī isto. c.subiūgēť. Et vꝫ looth de pino ꝛ aliq̄ ɔfectiōes infra dicēde. ¶ 2° nō solū vlcera pl̄onis: veꝝ ꝛ q̄cūq̧ alia indigēt desiccatiuis. vt dicit Ga. ī de fe. ad glauconē. ꝛ.8.ɔ^o.6. apho. ypo. ibi vulnera nō sananť nisi p̄us mūdificenť. ppter qd̄ etiā scribiť. p^o meg¹ sic. Et G⁹ p certo credidit sanā ꝛ optimā carnē in vlceribus vel vulnerib⁹ nō posse gñari nisi curaẽ eoꝝ supfluitatib⁹. Vno^o videlꝫ cū desiccatiuis. Alio^o cū mūdificatiis. H ille. oꝫ igiť vlc⁹ pl̄onis desiccari. Et iō in p̄mis fm oēs auctores cōpetit aer sicc⁹ vt infra diceť. ꝛ sil' cōpetūt me^c desiccatiue. vt ē terrasigillata que cōpetit ī oīni tpe fꝫ Aui. ꝛ bolus armenicus ꝛ amigd. rob. ꝛ carabe mirtilli corallus spo^m gūmi ara, drag^m assata nūmia san, dra. ꝛ silia. valēt etiā medicine dicte in.c.de emopthoica. que omnia vel aliqua āministrata aliqualem faciunt crustā in vlcere. sub qua fiat cōsolidatio. ¶ Medicine, etiam composite que valent ad exiccandum fm Auic. sunt diacimi^m athanasia electuariū de se. lini metridatum thiriaca. Iste medicine composite valent in p̄nci^o qñ adhuc fe. nō adest vel valde modica. ¶ 3ª cōsideratio est circa fe. ptisicoꝝ: de qua dicit Serapio: q̄ solliciti esse debemus: vt extinguatur fe. eorum. sed medicine cū quib⁹ extinguiť fe. sunt ɔ̄rie medicinis: cū q̄bus curať vlcus. nā fe. cum frigidis ꝛ hūidis extinguiť: vt ibidē diciť: vlcus v̄o pulmōis cū calidis vel frigidis siccis. Sed si credimus ɔsilio eius: istas duas medicinas aliqñ mixtas āministram⁹: ꝛ aliqñ sepati nūc vnā propter fe. nūc aliā ppter vlcus. iō artificialiter ministrātur se. ma^{ra}. ꝛ mi. aliqñ per se propter fe. aliqñ mixta cū exiccatiuis dictis in scd̄a intētione: tam ppter fe. q̄ propter vlceris desiccationē. ¶ 4ª intētio est in mitigatione tussis pro q̄ recurrendū est ad capl̄m de tussi. ꝛ ad capl̄m de emopthoica in isto tertio libro. Et valēt iste pillule que sequūť contra fe. ad tussim cohibendā: que cohibitio summe est necessaria: vt pulmo q̄escat motu forti: qui in tussi fit: mēbra em̄ vlcerata nō consolidanť: nisi sint in quiete. vt dicit Haly de regali dispōne. ꝛ dicunť pill'. sub lingua ℞ candi penid. añ.ʒ.j. pul'. liquiṙ. mūdate amigd. dul. se. bombacis mūd. pineaꝝ succi liquiṙ. añ.ʒ ß. seminis maluc. citonioꝝ se. lactuce se. portula^c 4. se. frigidoꝝ maioꝝ amidi gūmi dragagā^t añ. ʒ.j. oīa puluerizenť: ꝛ cū musillagie psilij ꝗ pill'. late ad modū lupini. ꝛ teneať vna post aliā sub lingua paulatim deglutiēdo. leniūt pectus ꝛ mitigāt tussim. ꝛ vꝫ ad fe. ꝛ sitim. Alie pill'e ad easdem itētiōes ℞. pul'. diadragagā^t fri pul'. diapenid. sine speciebus añ.ʒ.iij. penid.ʒ.ij. ami^l pincarū añ.ʒ.j. ꝛ ß. dissoluanť penid. in aq̄ pluuiali ꝛ ꝗ pill'. al. ꝛ conspergāť cū farina amidi sine ru. valēt tussi max^e sicce ꝛ ɔsumpꝭ ꝛ ptisicꝭ ꝛ patis ad ptisim. ¶ 5^a ɔside^o est in dieta ꝛ mō viuēdi ptisicoꝝ. de q̄ nūc ꝛ post inferi⁹ fiet mētio aliq̄ dn̄o ɔcedēte. ¶ 6^a ɔside^o est de sputo san. q̄ ptisicꝭ accidit: qñ vlc⁹ ɔfundať ꝛ crusta remoueť. Et pro ista vade ad.c.de emopthoi^a. Et vtať trocisc̄ de terrasigillata. ¶ 7ª ɔside^o est de ɔstrictiōe ālelit⁹ Et p ista vade ad.c.de asmate. Sed q: iste ɔsiderationes nequaq̄ vicissim pñt expleri icirco decet vt aliq̄ ex eis simul misceam⁹. Aliqñ vnaꝫ medicinā ad vnā ɔsideratiōnē: interdū v̄o alterā

ad aliā cōsideratione vt nūc p̄fatuꝫ est. Et his
generaliter cōsideratis nunc aliq̄ magis ꝑticula
riter pertractem⁹. ¶ Cura ꝑticular̄ ptisis. Prio
constituat̄ eger in bono aere mūdo in locis mū
dis longe a paludib⁹ ⁊ fluuijs ⁊ aquis. ⁊ nō sit
multū calidus nec excellent̄ frigidus: ſ; tempat⁹
in caliditate ⁊ frigiditate: si naturaliter inueniri
pōt. si nō: ſ; artificialiter in domo ⁊ camera habi
tatiōis infirmi. Nā excellentia aeris frigidi nocē
do ⁊ infrigidādo pect⁹ prouocat tussim ⁊ excellē
tia calidi aer̄ attracti calefaciēdo mēbra spūalia
auget fe. ⁊ desiccat corp⁹. quoꝝ contraria ad pti
sis curationē semꝑ conam⁹ inuenire. Deinde po
natur dieta prout aliquid dicet̄ ⁊ latius i fine ca
pituli de eo p⁹ ostendetur. ¶ Incipiam⁹ igit̄ a la/
cte: sicut faciebāt arabes: Rasis. Haly ⁊ multi alij
Primo igit̄ ordinet̄ q̄ pa. habeat asinā iuueneꝫ
fecundam in lacte. de cuius lacte de sūmo mane
postq̄ emiserit suꝑfluitates: capiat vnā scutellā
⁊ sit lac ita calidū: sicut ab vbere exit ⁊ aliam scu
tellā ad sero ad min⁹. ꝑ. 2. horas post cenam an̄
ingressum lecti. Deficiente vo asina vel ab egro
in odio habita querat̄ capra iuuenis. sil'r in la/
cte fecunda nō antiq̄ nec in primo anno sui fet⁹
⁊ comesto eius pingui capreto pa. sil'r modo ca
piat de ei⁹ lacte sūmo mā̄e ⁊ sero. Si tm̄ i ei⁹ lacte
vellet eger offas comedere vel cibū ex eo ⁊ pane
factū vel ex eo ⁊ farina tritici vel ordei vel panici
factū iuuaret vtiq; ad nutriendū ⁊ alterandum
⁊ faciliter nutriendū. Et istud lac pōt decoq̄ ali/
qn̄ cū lapidib⁹ fluuialib⁹ vel cū calibe ignit̄. Si
vo patiēs nō esset indignātis nature. ⁊ vellet su
mere lac de vbere iuuēcule ⁊ pulchre mulieris i
bono spisso ⁊ albo lacte fecunde. q: homini na/
turalius est sine dubio ꝑualeret. ⁊ de istis decet
ꝓtinuare postposita negligētia. Et posito q̄ eēt
fe. dū tm̄ nō esset putrida: semꝑ valeret lac debi/
te ministratuꝫ. Et de lacte dicet̄ aliq̄d in clarifica
tiōe. 2° videbit̄ de ptisana q̄ est cib⁹ fact⁹ ex or/
deo mūdato q̄ quidē cibus multū ab autorib⁹
cōmēdat̄ p̄cipue ab ypo. primo regiminū acuta
rū ⁊ a Ga. sil'r can̄. ⁊ comēto. 18. suꝑ omnē cibuꝫ
q̄ fieri pōt ex grano quocūq;. q: ista ptisana i ꝑ/
tib⁹ suis est homogenea ⁊ vniformis ⁊ lenis iū
cta vt mollis facilis digestiōis. ⁊ ē lubrica ⁊ nu/
tritiua ⁊ faciēs abstersionē suꝑfluitatū: ⁊ cū hoc
alterat malā cōplōnē calam ⁊ siccā febrilem. Et
q̄uis ordeū de se sit siccū in primo ḡdu. tm̄ rōne
liquoris cū quo coquit̄ siue sit aq̄ siue lac amigd̄
vel lac se. frigido. qd̄ melius est siue brodiū gal/
line siue ius capreti vel mutonis hꝫ tēꝑatā hui/
ditatē ⁊ extinguit sitim: ⁊ nō cōstringit ventrem
imo si necesse est abluit. nō inflat stomachū: nec
in eo ista ptisana corrūpit̄ nec fit acr̄. ⁊ mlt̄e alie
laudes ibidē ponunt̄ ab ypo. ⁊ Ga. Et ista non
solū intelligunt̄ in fe. putridis: imo in omi fe. ⁊ i
ptisi ⁊ ethica ⁊ in omni egritudine ⁊ calore: vbi
alia cibaria ministrare nō audem⁹. ¶ In isto vo
casu ego laudo auenā mundatā. nā ſm Gal. ei⁹
virtus similis ē ordeo in alteratione ⁊ nutritiōe
ſm q̄ dicit Algafagi⁹. Aqua vo decoctiōis ordei
quā aliq̄ vocant ptisanā: valet ad expuenduꝫ ex
pectore res viscosas. vt dicit Ga. 3° regi. acut̄. cō
mēto. 3°. Et hoc post secaniabī. ⁊ ydromel extin
guit sitim ⁊ refrigerat sine nocumento. nā aqua
bonitatē acq̄rit ex decoctione ⁊ ex cōmixtiōe or/
dei maliciā amittit ⁊ tēperat hu. ⁊ acuitatē corū
⁊ est securior potus febricitātib⁹ ⁊ alijs egritu/
dinib⁹ quib⁹ vinū ꝓpinare non audemus. Et dꝫ
ista aq̄ dari inter prandiū ⁊ cenā. qn̄ pa. sitit sil'
capiēdo cū aq̄ ordei. j. coclear de zuc. ros. vl' vnuꝫ
bolum de aliq̄ de electuarijs infradicēdis. ¶ 3°
dico de vino. q: ptisiq̄ denegādū nō est: si fe. pu.
affuerit. q: ꝯstat ptisicos eē debiles ⁊ macros. vi
nū autē cito nutrit ⁊ subito sufficienter hume
ctat vt dicit Ga. j. de regimie sanitat̄. c. 2°. circa
me^{m}. c. Et illud vinū sit in sbā subtilissimū: ⁊ co
lore subru^{m} maturū nō viride. vt dic̄ Gal. 5° de
regi. sani. c. 6°. vel sit al. maturū ⁊ clarū. Sꝫ q: vi/
nū de se calidū est. iō cōpetent̄ miscet̄ ei aq̄ plu/
uialis. vel aqua cocta in vase terreo vel argēteo q̄
p̄ualet. ⁊ postea infrigidata. Tale enim vinuꝫ
refrigerat ⁊ humectat. q: vinum secum defert a/
quam ratione cuius mixtionis facit opus iam
dictum. vt dicit Aui. 4. can̄. c. de tertiana. ¶ 4°
loq̄ndo de melle. dico q̄ raro ꝑ se est dandū nisi i
valde mo^{ca} q̄ntitate ad lambendū. vt dic̄ Gal. i
meg^{i}. ſ; cum ex eo fit mellicratū aut secaniabin:
aut alij siru^{i} aut ꝯfectiōes. tunc est iuuatiuū. Nā
mellicratum siue aqua mellis ſm Algafagium
cōfortat stomachum. ⁊ facit appetere cibū: ⁊ fac̄
spuere ⁊ mundat partes pectorales. vt clari⁹ in
clarificatione dicetur. Istud tamē mel debet eē
collectū ab apib⁹ in tꝑe vernali ⁊ estate. ⁊ debet
esse dulcis saporis boni odoris. ⁊ debet esse de/
spumatum. q: mel cuius spuma non est abiecta
inficit stomachū ⁊ corpus ⁊ soluit ventrem. Et
si auferatur spuma: illa diminuunt̄. quia mel de
coctum nō mouet ventrem. imo quandoq; strin
git ⁊ nutrit plurimū. verba sunt Auic. in. 2. can̄.
Loco igitur cibi ⁊ medicine nō modicuꝫ mel est
ptisiq̄ iuuati^{m}. Particularit̄ ad apotecā dscēde^{o}

turali: sic̃ de alijs dictũ est. ¶ Ualẽt etiã trocisci
de carabe quoꝝ lß ẽ ℞ᵃ s; Mebeᶜ ℞ carabe aur̃
6. cornu cerui adusti coralli adusti dragagãti a-
cassie ypoquistid balaustie masticis lacce sc. pa-
paueris assi añ. aur̃. ij. thur̃. croci añ. aur̃. j. fi tro
cisci põderantes. ʒ. j. cum muscillagine psilij. de-
tur vt supra. Si p ista freq̃nter vsitata non sanã
tur: signum est q̃ ibi est corrosio ⁊ caro mortua:

⁊ tunc detur medicina carnem mortuam mun-
dificans. Et in isto casu dicit Aui. O q̃ ɔueniẽs
est yerapigra Ga. ʒ. j. distempata cũ mellicrato
vel cũ ptisana. Et si aliq̃n cõpetit euacuatio fa-
ciẽda est cũ cassiafi. ⁊ aliq̃n cũ clisterib⁹ leuib⁹: vt
dicit Aui. Et si aliq̃n venerit flux⁹ ventris propt̃
vlcera stomachi curet̃ cum trociscis de spodio:
quos ponit Aui. ⁊ Mebeᶜ. Filoniũ etiam compe
tit in vlcerib⁹ stoⁱ. ⁊ trocisci de carabe iam dicti
valent. ¶ Itẽ scias q̃ in corrosione ⁊ vlceribus
stoⁱ valẽt multa de illis que dicta sũt in caplo de
emopthoica ⁊ multa illoꝝ: que cũ adiutorio dei
dicentur in caplo de dissinteria.

Dieta habentiũ vlcera stoⁱ: ⁊ est q̃ sumãt
cibos facilis digestiõis: vt sũt pul-
li gallinarum ⁊ pdicũ ⁊ oua sorbilia ⁊ ordeatuz
⁊ auenatum. Et s̃m Ga. ordeũ mundificat. ⁊ de
siccat ⁊ infrigidat ⁊ alterat. ⁊ sumat lac acetosuz
a quo extractũ est butirũ. Et i potu sumat aquã
ordei cũ sirᵒ aliquo de fructib⁹ stipticis: ⁊ vinuz
sit maturũ nõ acre. Et comedat pedes mutonis
bene cocti: q: sunt conglutinatiui.

Declaratio. Primo notãdũ iuxta
pᵐ can. gñalẽ: q̃ vlce-
ra oĩa vt plurimũ indigẽt desiccatiuis. Proinde
dicit ypo. ydropiscis q̃ nascunt̃ in corpe vulnera
nõ facilit̃ sanant̃. 6°. apho. amᵒ. 8. Et in cõmen-
to. Uulnera si nõ pfecte siccẽt̃: nõ curãtur. Et cã
est: q: ad locũ vlceratũ multi ɔcurrũt hu. qui q̃a
nõ nutriũt: corrumpũtur. ⁊ malam introducunt
cõplonem. ⁊ sic cõsolidatio ⁊ carnis regeneraᵒ
impedit̃. Et hec est sñia Ga. 6°. amph. cõment.
to. 45°. ibi: vulnera q̃cunq; annua fiũt. ¶ 2° no
ta q̃ dictum est in priᵒ positiõis q̃ hu. acuti mor
dicatiui ab epate vel cereᵒ vel alijs membris ad
stomachũ venientib⁹ possunt in eo vlcus causa-
re. ⁊ hoc intelligit̃ si diu i eo remaneãt: aut iuuat
multũ debilitas virtutis sensitiue stomachi non
sentientis suũ nocumentũ. ⁊ sic virtus expulsiua
nõ expellit: q: insensatũ est. Uirt⁹. etiã expulsiua
si est sopita ⁊ debil' ⁊ cũ hoc adest flux⁹ ad locũ
iaz tunc egritudo vlcerosa in ianuis existit. ¶ 3°
s̃m Ga. 5°. de int. c. 4°. q̃ omne mẽᵐ quodcũq;
sit. si h; op̃a cal'm: cũ illud mẽᵐ opatũ fuerit cir-
ca suã opationẽ necessario dolorẽ patiet̃. eo vo q̃
cessẽre dolor mitigabit̃. nõ est g̃ mirũ si in apate
stoⁱ ⁊ vlcerib⁹ eius fiunt dolores in attractiõe ⁊
retẽtiõe cibi. Hoc etiam verificari põt in obtal'ᵒ.
q: q̃n pa. stat in loco obscuro ⁊ nõ videt: quiescit.
si vo se exponat aeri lucido ⁊ conatur respicere ⁊
videre patit̃. ⁊ sic de alijs morbis.

¶ Capitulum.21.de duricie stomachi.

d Duricies stomachi fit aliqñ in sto°:ita ꝙ si tangatur:durus repitur:tñ nõ est ibi apa qꝛ si esset ibi apa non esset mirandū si duricies affuisset.

Cause isti⁹ duriciei pñt eẽ frĩtas de rõne cui⁹ est ĩspissare mãm siue vẽtositatẽ in eo ɔtentã. Aliqñ etiã per istã viã ĩdurant̃ ĩtestina maxĩe gracilia. siľr splen ⁊ matrix. Alia cã ſm Aui. põt esse mľia ingrossans.

Signa habent̃. qꝛ duricies manifesta repit̃.⁊ nõ assunt nec affuerũt signa apatis. Vñ si ẽ ꝓpter frĩtatẽ sine ma°non adest ĝuitas:⁊ frĩtas tactu repitur.⁊ hꝫ discolorationẽ faciei. Et si ibi ẽ mã flãtica:⁊ adest ĝuitas ⁊ multũ sputũ flãticum:⁊ nõ adest sitis nec calor. Si est a mľia sentitur acetositas. ⁊ qñ hꝫ eructuationem:illa est acetosa.

Curatio Vľibus ꝓcedẽtib⁹ cuꝫ digestiuis ⁊ purgationib⁹ fĩ tale vnguẽtũ. ℞.olei sisami¹olei rute olei ꝺ absin°. olei de camo.añ.ʒ.ij.axũgie galline ⁊ vulturis ⁊ anserĩ añ.ʒ.j.dialtee ĝrt̃.j.⁊ pꝛemunct⁹ sto⁹ fasciet̃ cũ lana succida. ¶ Scðo fĩ ꝟ emplin qð ponit Aui. ℞.camo.melli¹cardamo¹carui cimi¹añ.ʒ.j. thurĩ masĩ bdellij añ.ʒ.ß.spice¹croci añ.ʒ.ij.olei camo.ʒ.j.fecis olei cõis qð suff.fĩ emplꝫ. Ex eisdẽ põt fieri empl'm supꝛa alutã addẽdo ceram ⁊ plus de gummis resolutiuis. ¶ Aliud qð ponit Aui.ad duriciẽ sto¹. Est tñ dosis medicinaꝝ diminuta. ℞.cere.ʒ.viij.terebẽtine.ʒ.4.ʒʒ¹.oppoponacĩ añ.ʒ.ij. aloes galba¹.añ.ʒ.iij. olei de lilio qð suff.fĩ emplꝫ durũ ⁊ extẽdat̃ sup alutã. ⁊ fiãt illa remedia q̃ dcã sunt in cliroſi in sto°. in.c.19. istius libꝛi.4¹.⁊ cũ hoc sto¹ɔfoꝛtatio nõ postponatur.qꝛ summe est necessaria. Siľr ẽt actualis caľitas ⁊ ɔtinua resolutio est necessaria.

¶ Caplm.22.de anathomia ⁊ passionibus intestinoꝝum.

i Iam supius in ꝑnci°isti⁹ q̃rti li¹. posita fuit anathomia meri ⁊ sto¹ſm suas ptes:nũc aũt volum⁹ cũ adiutoꝛio dei anathomiã ĩtestinoꝝum describere:vt meli⁹⁊ clari⁹eoꝝ moꝛbi ⁊ loca in q̃bus sunt specificent̃ ⁊ ĩnotescant. Et grã eoꝝ describem⁹rectã positionẽ circũstantiũ mẽbꝛoꝝ ipsa ɔtinẽtiũ ⁊ sto™. Sicut eñi stomach⁹ est sub membꝛis spũalib⁹⁊ sub diafragmate:sic intestina sunt sub sto°vt recipiãt qð in sto°fuit digestũ aliq̃li t̃.⁊ ĩ residuo pfectã digõnẽ opent̃ ⁊ perficiant ꝑmam digõnem. ¶ Pꝛimo igitur dicam⁹ꝙ illud qð appet exteri⁹sub ossib⁹ pectoralibus ⁊ sub additamẽto cartilaginoso qð exit ab vltio osse pectoꝛali dꝛ os sto¹⁊ est vltia ps meri:⁊ ibi est os sto¹. Deinde durat vsq3 ad vmbilicum ꝑter tres digitos in latitudine. Illud autẽ cõcauũ qð est in medio vẽtris vocat̃ ſm Aui.sumen:⁊ apud alios vmbilicus. Et tota illa regio q̃ est ab vmbilico vsq3 ad genitalia ſm Aui. vocatur sumẽ. vbi aũt finiunt coste ibi sunt ypocũdria.in dextro epar:in sinist°splẽ. Alia aũt vocãtur lũbi:⁊ sunt sup anchas ⁊ magĩ tendẽtes ad ptẽ posterioꝛẽ. A pte vð supioꝛi ẽ dyafragma.a pte vð posterioꝛi sunt coste ⁊ pellicule ei⁹. A pte aũt añrioꝛi est pellis ⁊ caro seu pãniculus carnosus:⁊ ĩ eo sunt musculi a q̃b⁹ ꝓcedũt choꝛde Deinde seq̃tur cifach:qð est pãniculus adherẽs cuti superioꝛi carnose exterioꝛi. Et ſm ꝙ hõ vel aliud aĩal ẽ pingue vľ macrũ ſm hoc cifach magis vel min⁹ɔtinet de pĩguedine.⁊ istud cifach interius versus inferi⁹dirigit̃ ⁊ diuidit̃. ⁊ ex eo fiunt duo dindimi transeuntes sup os pectoꝛis. deinde ĩferius ꝓcedentes amplian̄t.⁊ continet q̃libet dindim⁹suũ testiculuꝫ. Post ista sequitur zirb⁹:⁊ ẽ pãniculus ĩmediate voluens ĩtestina ⁊ sto™ex duabus pelliculis ɔtext⁹ ad quã veniũt multe arterie ⁊ vene.⁊ est in eo pinguedo multa ⁊ aliqñ modica ſm pinguedinẽ vel maciẽ aĩalis.⁊ sequit̃ cifach ĩ quãtitate pĩguedinis. ⁊ iste pãniculus siue zirbus apud Goꝛdoniũ in.c.de mirachia ⁊ in.c.de ydropisi vocat̃ mirach. Aliq̃ tñ dicũt nõ sic sed aľr de noĩbus tñ nõ ẽ magna vis:dum vð rerũ ĩtentiones veracit̃ cõpꝛehẽdamus. Iste aũt zirb⁹oꝛdinat⁹ẽ:vt retineat n'ãlem caloꝛẽ in sto° ⁊ ĩ ĩtestinis. Ista aũt satis iplicite ⁊ alia q̃ sequunt̃ cõtinent̃ late 4° de iuuamẽtis mẽbꝛoꝝ in.c.9. Sub sto° aũt sunt ĩtestina que sunt sex numero:quãuis oĩa sint ɔtinua ⁊ non sit nisi vnũ:diuidit̃ tñ p imaginationem in aĩali iuuene aľs viuẽte in sex ptes penes off'q̃ hñt ⁊ egritudĩes q̃ in eis sumũt suas denoĩatiões penes ẽt figuras eoꝝ. Sunt ĝ tria ĩtestina ĝcilia:⁊ ista sunt supioꝛa.⁊ tria grossa:⁊ ista ĩferioꝛa nũcupantur. Pꝛimũ vocat̃ poꝛtanariũ siue duodenum. Secundum ieiunum. Tertium ylcon siue subtile. Quartum oꝛobus siue saccus:siue monoculus. Quintũ colon. Sextuꝫ longaon siue rectum. ¶ Pꝛimum ergo vocatur poꝛtanariuꝫ. qꝛ ab inferioꝛi parte stomachi oꝛitur.⁊ vocatur duodenũ.qꝛ lõgitudo ei⁹est duodecim digitoꝝ in latitudine ei⁹ cuius est, ¶ Secundum vocat̃

ieiunū: q: in oī aīali ocioso sp̄ vacuū repit̄ pro-
pter ɔtinuā successionē a venis meseraicis que cuz
eo ɔtinuant̄: ⁊ cū vena portanaria plus q̄ cum
alio intestino que tantū sugūt q̄ semp̄ inuenit̄
ieiunū ⁊ vacuū: q̄uis realiter ⁊ de facto p̄ ipsum
trāseat cibus. Dicit̄ etiam portio siue portic⁹: q̄a
dum eo. venit ab epate inter ipm̄ ⁊ portanariuz:
que stimulat ⁊ facit cito ab eo descēdere vt pōit
Aui. in 10ª. 3ª. c. j. Ex alio etiā magis ꝓpinquum
est epati q̄ aliquod aliud intestinū. ¶ Tertium
dicit̄ yleon siue gracile: ⁊ est multū longū ⁊ gra
cile nō spissum. ⁊ facit circa ylia ⁊ circa dorsum
multas reuolutiōes: ⁊ in isto vel in aliqua eius
p̄te fit yliaca. de qua postea fiet caplm̄ proprium
dn̄o permittēte. ¶ Quartum vocat̄ saccus siue
cecū vel monoculus: ꝓpterea. quia non videtur
habere nisi vnū foramē q̄uis habet duo vt po-
nūt anathomizantes. nā p̄ vnū intrat maª. dige
renda. per aliud exit: postq̄ in eo aliqua fuerit ce
lebrata digestio. ⁊ iam in isto frequēter remanēt
cibaria male digesta ⁊ male masticata ⁊ carnes
male cocte ⁊ cibaria de se dura ⁊ legumina ⁊ res
indigestibiles per os sumpte: vt ossa prunorum
⁊ amigdō. Et ego vidi in mēse octobris dominū
Mattheū tūc vicecomitē castribom bone mēo-
rie q̄ post fuit comes sfurci: dum esset duodecim
annoꝝ p̄iicientē. 32. ossa gūmidolaꝝ cū bono di
steri post acceptionē aliquoꝝ p̄cedentiū. Et nō
videtur loc⁹ in quo p̄ tantū tp̄s permanē possit
nisi in illo intestino vel sacco. Est aūt satis bre-
ue vt appet ad sensum. Et qn̄ istud cadit in os-
seū vel bursam testiculoꝝ: est multū p̄iculosum:
q: nō pōt reuerti ad pristinū statum ꝓpter suaz
grossiciē. Et forte erat vacuus qn̄ intrauit: ⁊ ibi
manēdo implet̄. q: cibus ɔtinue ps post partez
trāsit ab vno intestino ad aliud. Et ego ex hoc
⁊ sibi si[m]ilibus vidi q̄plures p̄iclitari. q: intestina
non poterāt retrocedere fecib⁹ induratis replera
¶ Quintū vocat̄ colon: ⁊ est satꝫ grossum an-
fractuosum nō lene nec vniforme: imo hꝫ hīc cel
lulas. ⁊ inclinat̄ v̄sus renē sinistrū ⁊ versus sple
nez ascēdēdo: ⁊ iterꝫ v̄tit̄ versus dextrū sto¹ ⁊ sub
penna epatis. ⁊ ibi suscipit aliquā q̄ntitatez de
eo. ab ipso epate ad stimulandū vt feces euacuē
tur. deinde descēdit inferi⁹: vsqueq̄ ꝓpe anchas
Habꝫ aūt fere duas brachiatas in longū qn̄ est
extēsum. ⁊ in eo maxie versus finē feces recipiūt
nomen suū ⁊ formā: q: ante vocabant̄ kilus vel
chilus. ⁊ ī isto intestino ꝓprie fit colica passio.
¶ Sextū vocat̄ rectū siue longaon: vocat̄ rectū
q: q̄uis de se sit longū: nō habꝫ illas anfractuo-
sitates nec ineq̄litates sicut colon. ⁊ istud durat
vsqꝫ circulum pudibundū. ⁊ in fine istius sunt
musculi ad claudendū pro maiori parte tempis
dū hō est sanus. ⁊ ad aperiēdū in hora necatis:
vt sup̄flua expellāt̄. Et in isto ꝓprie fit tenasmō:
imo qn̄ vlcera sunt in eo freq̄nti⁹ ⁊ cū maiori co
natu pat̄. vadit ad sellā rōne ꝓpinquitatꝫ ad ner
uos sensibiles dictos musc̄los ɔstituētes. post in-
testina sequit̄ mesentiū: ⁊ interpretat̄ mesicaruz
textura. Et tenet se cū intestinis: in quo repiunt̄
multe vene meseraice ⁊ mediatrices inter stoᵐ ⁊
intestina ⁊ epar. Et p̄cedūt ramificādo a vena
magna epatis q̄ dicit̄ porta: ⁊ tanq̄ p̄ portā in-
trāt iuuātia ad epar a stoº ⁊ intestis venis mese
raicis mediātib⁹: ⁊ p̄ eadē loca sup̄flui hu. ab e-
pate ⁊ venis ad stoᵐ ⁊ intestina remeāt ⁊ expel-
lunt̄. Iste aūt mesaice sunt coop̄te pāniculis et
ligamētis: ⁊ carne glādulosa ɔiūgētib⁹ intestina
cū dorso. In itestis p̄nt fieri multe egritudies: si
cut fluxus vētris s̄m oēs suas sp̄ēs: dolores: tor-
siones: iliaca passio: colica passio ⁊ colerica pas-
sio que se cōicāt stoº ⁊ intestinis: tenasmon ⁊ sco
riationes: vlcerationes apostemata ⁊ vulnera: ⁊
sic de alijs.

¶ Caplm̄. 23. de fluxu vētris. ⁊ p̄º de lienteria.

f

Fluxus vētris multe sūt spe
cies. auctores tamē
me^c ne intellect⁹ in multitudie sp̄ēꝝ fa
tiget̄: ⁊ vnā meditādo aliā obliuiscat̄
ipsas reducūt ad tres. Et si alij flux⁹ sunt: vt flu
xus q̄ fit in colica passiōe ⁊ in tenasmōe: impo-
nūt eis alia noīa ad remouendū intellect⁹ ɔfu-
sionē. Sunt ḡ tres sp̄ēs fluxus vētris. s. liēteria:
diarria ⁊ dissinteria. ⁊ de hoc stat antiqu⁹ versus
Cruda lien simplexq; diar cum sanguine dissin.
¶ Prio ḡ de lientia dicendū est ꝓpt̄ea. q: aliq̄n
venit a stoº: q: cā ei⁹ in stoº ɔtinet̄: ⁊ nouissime
de sto¹ passione locuti sum⁹: iō de ea p̄º dicēdū ē.
Dicamus ḡ q̄ lienteria est fluxꝫ vētris in q̄ co-
mesta ⁊ bibita fere in eadē q̄ntitate ⁊ qualitate
exeunt inferius: in qua p̄ sup̄ius fuerūt assum-
pta. vel dico q̄ lienteria ē velox exitus cibi ⁊ po-
tus per inferi⁹ in eisdē qualitatibus ⁊ q̄ntitatib⁹
q̄bus comesti ⁊ bibiti sunt. 6. ampho. ɔº primo.
Vn̄ lienteria nihil aliud est q̄ indigestio ciboꝝ
q̄bus egrediētib⁹ nulla mutatio v̄tutis digesti-
ue inuenit in eis in colore odore ⁊ liquore: imo i
nulla q̄litate. Ga. ibidē. Leni dicūt liēteriā leni
tas intestinoꝝ. Ga. ibidē. Lienteria cōponit̄ de di-
enteria qd̄ ē intestinū. ⁊ lieon qd̄ ē leue inde di-
cit̄ lienteria; quasi leue vel molle intestinū. Io-

hannes in prosodia.

Causa lienterie q̄dā est p̄mitiua: q̄dā an̄tecedens ꝛ q̄dā cōiuncta ꝛ īmediata. Primitiua vt ē nimiū frig⁹ penetrās ꝛ mortificans calorē nālē: a q̄ mortificatiōe cātur indigō ꝛ iperfecta retētio in sto° ꝛ in itestis: ꝛ sic cib⁹ labitur iferi⁹ nō sufficiēter retent⁹ nec digest⁹. ꝛ h̄ sepe accidit hoībus rare cōplonis p̄ frigora ꝛ loca niuosa transeūtib⁹. Alia cā pōt eē calor extrīsecus exalādo nālē calorē: quā exalationē indigō comitat̄. Alie cāe p̄mitiue p̄nt eē .s. casus ictus balneatio in aq̄ fria ꝛ silia. ¶ Cāe an̄tes p̄nt eē multitudo hūoꝝ in toto corpe ꝯtētoꝝ vl̄ in aliq̄ ei⁹ pte vl̄ mala cōplo in aliq̄ mē° vl̄ mēbris ex̄ns. vt si epar vel splen fil̄ eēnt fria ꝛ cor. q: tūc necessario sto⁹ infriarek. ¶ Cāe ꝯiuncte ꝛ īmediate. Pria est debilitas v̄tuꝶ ꝯtentiue. nā posito ꝙ virt⁹ digestiua sit fortꝭ: si retētiua nō p̄t retinere: emittit an̄ digōnē rē sumptā vt nō iuuaret: sed subito ꝛ nō ḡdatiz. Alia cā pōt eē cōplo fria per se vel cū ma^a lenitatē ꝛ lubricitatē faciēs. Hec āt spēs sit vt p̄l'imū mariē qn̄ lōga ē lieteria. Raro aūt fit a cōplone cal'a simplici nisi mortificet virtutē retētiuā. sic dicit Aui. in .16.3^i. trac. p̄mo. c. de solone vētris. Alia cā pōt eē vlcera° sto^i. Naz vlcerat⁹ sto⁹ duz recipit cibū ꝛ potū: leditk ab eis: quāuis boni sint rōne vulneris in eo ex̄ntis. q: in ipso iducunt dolorē: ꝛ natura nitik expellere cibū ꝛ potū tāꝙ rē nocētē. ꝛ sic fit flux⁹ ventris.

Signa lienterie sunt flux⁹ vētris ꝛ exit⁹ cibi cū pauca vel nulla digōne: qn̄ est a sto° ꝛ causis ei⁹ ꝛ non est cum periodis. Et si digtia stomachi ꝛ itestinoꝝ est simul debilis tūc est maior indigō ꝙ si vna eēt aliq̄lik fortꝭ ꝛ alia debilis. Et si digtia ꝛ retētiua sint simul debiles citissime cib⁹ sumptus egredik. ꝛ tūc cognoscitur co^r ꝛ suba ei⁹ in egōne: ꝛ frequēter vadit ad sellā: s; nō in mag̃ q̄ntitate p̄p longā itestinoꝝ reuolutionē. Et si debilitas nō ē i digtia cib⁹ egrediēs nō est sine digōne. Et b̄m ꝙ cib⁹ ē mag̃ vel min⁹ digest⁹: poterit cognoscere morā ei⁹ in sto° ex̄ntē. Qn̄ aūt venit p̄p flā vel aliā humiditatē in sto° ex̄ntē vel aliūde veniētē aliq̄ p̄s illi⁹ flātis ꝛ hūiditaꝶ expellik. Et si solū ē flā: ifirmus patik oxiremiā ꝛ eructuationē: ꝛ dicūt ꝙ h̄ est accn̄s insepabile: ꝛ h; ḡuitatē. Si v̄o ista humiditas venit a cere°: tūc venit fluxus post somnū longū: ꝛ adest catarr⁹ ꝛ debilitas in cerebro ꝛ egō est spumosa ꝛ viscosa. ꝛ illud qd̄ deberet per nares fluere aut p̄ palatū iferius ad sto^m vl̄ intestina perlabitur per aliquas vias seu cānales. Et si venit p̄pter malā fridam sine materia: assunt signa friditaꝶ sine pondere ꝛ aggrauatione. ꝛ aliqn̄ venit in isto casu cū canino appetitu sicut ꝯtingit sto° in lienteria q̄ fit p̄pter sto^m tm̄ in cibo appetēdo causak desideriū h̄ic qd̄ vltra mēsurā est. Ga. 6. de iter. c. 2. et sequik: vn̄ sto⁹ caninū h̄eat appetitū vel desideriū cogak vltra ꝙ natura sustinere valeat attrahere ꝛ postea velociter cū egōnibus incoctū eiicit. ibidē. Dum eni defecta est ꝯtētiua: nō solū illud qd̄ ē inutile ꝛ nō necessariū: s; ꝛ qd̄ ꝯgruū ꝛ necessariū v̄ emanat sic in lienteria passione accidit. 6. de morbo. c. 3. In isto passu cognoscit hūana rō quātuz iuuat lientericos paucis ꝛ leuib⁹ frui cibarijs. quātuz quoq; iuuet retētiuā ꝛ digestiuā v̄tutē simul cōfortare reb⁹ decētibus ꝛ appropriat̄. ¶ In his duobus eni post supfluoꝝ siqua sunt expulsionem cura lienterie consumetur.

Cura lienterie quasi eadē v̄ eē sic diarrie. ꝛ ꝙuis iste fluxus possit interdum venire a cā cal'a .s. a colera missa ab epate ad sto^m vl̄ itestina: hoc tn̄ reseruak ad. capl'm de diarria subsequēs. Ponam⁹ ḡ ꝙ veniat a mala fria sine materia: tūc sufficit cōfortare sto^m ꝛ intestina ꝛ illa calefacere vt iam dictū est in p̄nci° isti⁹ q̄rti libri in. c. de mala fria sto^i. ꝛ fiāt empl'a ꝛ vnguēta cal'a ꝛ cōfortatiua. ibidē in. c. de debilitate digōnis. ꝛ sicut statim dicek. Si aūt frigiditas fuerit cū materia. s. hūiditate flātica sine feb. ꝛ ardore ꝛ calore ꝛ sine siti ꝛ cū acetosa eructuatione ꝛ cū ꝯuenien^a p̄ticulariū k talis fir⁹. ℞. sir^i de absintio. sir^i de mēta an̄. quartꝭ. iij. dek cū aq̄ decoctionis cicerū rub. ꝛ mēte ꝛ spice^i. digesta ma^a purgetur cū pill' stomaticis dictis in c. de v̄tigine. vl̄ si purgarenk vomitu: esset valde bonū p̄pter p̄pinq̄tatē materie in sto° ad os. p̄pterea etiā q: trahit ad diuersuz. ꝛ ēt v; vti oximelle diur° vel ēt squilli° qd̄ de sua q̄litate p̄uitatū corpa multū p̄pat ad vomitum p̄p flātis ꝛ grossoꝝ hu. iscisionē. Post vsum istoꝝ ḡ k sic remollianł rotule radicis rafani gallicani p̄ diē ꝛ noctē in melle ꝛ in crastinū post comestionē diuersoꝝ cibarioꝝ ꝛ dicti rafani triū rotulaꝝ p̄uocetur vomit⁹ cū pluma in oleo itincta ꝛ p̄ gulaz vsq; ad guttur intromissam: ꝛ tūc exiet cibus ꝛ rafanus ꝛ mag̃ p̄s maloꝝ illoꝝ humoꝝ. ꝛ hoc k frequēter donec sentiat alleuiatiōez. Posito aūt ꝙ nō esset ꝯsuetus vomitui: purgetur cū mirab. kebu. ℞. polipodij quercini absintij mēte anī^s an̄. ℥. j. mastiq̄. ʒ. ß. k decoc°i qua dissoluak corticū kebul'. ℥. j. pulueris diaturbit, ʒ, ß, detur in au

roza. Et operant̄ bn̄ quidē. purgabūt em̄ mate/
riā añtez ꝛ ꝯiunctā: ꝛ ſi nō ꝯfortāt ſtoᵐ ꝛ poſt dē
tur elcᵃ calīa: vt diatrion pipeon diacalamētum
diazinzᵐ ꝛ diagalāga ꝛ thiriaca metridᵐ cū vino
odorifero. vtaꝛ mēta yſopo calamēto. ꝛ vtaꝛ cy/
namoᵒ. ꝛ comedat res facilis digōnis precipue
carnes toſtas: fiat etiā tale emplm̄. ℞. labdani
depurati q̄rt̄. j. gariof. ʒ. ß. gallie muſcḋ maſticis
lucidi. ʒ. j. ꝛ ß. cipi ſq̄nanti calami aromaᵗ nucis
muſcate ligni aloes an̄. ʒ. j. cere qđ ſuf. f̄ emplz̄
ſuper alutā ad modū ſcuti. Cibi eoꝝ ſint parue
q̄ntitatis ꝛ p̄cipue comedāt alaudes ꝛ auiclās
puas toſtas ꝛ turtures: qꝛ diu retinent̄ in ſtoᵒ ꝛ
bibāt bonū vinū maturū odoriferū ſine aqua ī
tali tn̄ q̄ntitate ꝙ digeri poſſit: fructus em̄ hūi/
di in iſto caſu ſunt ꝓhibendi qꝛ aut ſunt laxati
ui aut ſūt fri ꝛ flā augmētātes. ¶ Si aūt liente
ria fuerit ꝓpter reumaticā materiā a capite de/
ſcendentē tunc curet̄ catarrꝰ vt in. c. ſuo fuit di/
ctū. Iſta meᵃ vz ī diarria ꝛ ī liēteria: ꝛ facit cibū
expectare digōnē in ſtoᵒ calefaciēdo ſtoᵐ, ꝛ inte
ſtina ꝯfortādo: ꝛ hūiditates deſiccando: ꝛ vz in
vomitu ꝛ colerica paſſiōe ex cā fria purgata ma
teria. ℞. nucis ciþſſi folioꝝ eius mēte ſicce thu
ris maſticis corticḋ thuris groſſi cynamoᵗ macis
galāgḋ an̄. ʒ. iij. ſe. naſturcij cimiᵗ coriandᵗ torrefa
ctoꝝ an̄. ʒ. 4. labdani ſtoracḋ calamite ambre gri
ſe corticis citᵗ an̄. ʒ. j. ꝛ ß. ligᵗ aloes. ſpiceᵗ ſpiceᶜᵉ.
an̄. ʒ. j. muſci fini. ʒ. ß. oīa in puluerē redigant̄:
ex q̄ fiāt trociſci pōderātes. ʒ. j. ꝛ ß. detur. j. ante
prandiū ꝛ alius an̄ cenā cum lacte in q̄ lapides
fluuiales cādētes fuerint extincti. vel dicti pul.
p ſe pōt. ʒ. j. adminiſtrari. vl' f̄ elcᵐ per bolos cū
zuca. ¶ Si liēteria ſit a calidis hūoribus coleri
cis ſi hō eſt fortis ꝛ nondū ꝓceſſit in infirmita/
te ꝛ pōt tollerare: purgemꝰ illā colerā cū appro/
priatḋ marie cū mirab. citᵗ patis vt dictū ē de he
bu. poſt damus refrigerātia ꝛ reſtringētia: et ca
uemus a regimine ꝛ a rebus calidis ꝛ tūc mul/
tum prodeſt ſirupꝰ factus cū zuca. ex ſucco vue
acerbe ꝛ ſucco citonioꝝ ꝛ pomoꝝ ꝛ piroꝝ ꝛ ma
lorū granatḋ acrū ꝛ muſoꝝ ꝛ rob de ribes ꝛ de
fructibus ſupradictis. ꝛ valent trociſci de ſpodio
q̄ ſic fiūt ſm̄ Aui. ℞. rob. ru. ʒ. 8. gūmi arab. ſe.
acetoſ amidi parū torrefacti an̄. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij.
boli armeᵗ. berberḋ an̄. ʒ. ij. ꝛ ß. caſtaneaꝝ torref.
ʒ. iij. cōfice cū ſucco granatḋ acrū ꝛ dentur. ʒ. iij.
¶ Si egritudo elongat̄ ꝛ adeſt caliditas detur in
potu lac vaccinū a q̄ extractū fuerit butirū cum
iſto puluere ℞. boli armeᵗ terreſigillate ſpodij
an̄. ʒ. ij. carabe roſ. balauſtiarū acaſſie. ypoquiſti

dos cynamoᵗ an̄. ʒ. j. ꝛ ß. f. pul̄. de quo miſceant̄.
ʒ. ß. cuz. lib. ß. lactis ſupradicti: ꝛ det̄ in vna vice an
te comeſtionē: ex oibus fris ꝛ ſiccis poteſt fieri
emplm̄ ſi ſunt ſtiptici mixtis cum rebus ſupra/
dictis immediate: vt eſt ſuccus plātaginis vga
paſto ꝛis burſe paſtoris q̄nq̄ neruie ꝛ succꝰ po/
moꝝ ꝛ piroꝝ ſilueſtriū: ꝛ cibetur cū rebus infri/
gidātibus ſtipticis. ¶ Nota hic ꝙ oīa q̄ cōfe
rūt diſſinterie vtilitatē afferūt in iſto caſu. ¶ Si
aūt ſit a debilitate v̇tutis retentiue ſtoᵗ vel inte/
ſtinoꝝ: debemus ſtoᵐ ꝛ inteſtina ꝯfortare cum
aromaticis ſtipticis. ꝛ f̄ ſic. ℞. calami aromatiᶜⁱ
cipi maſticis. ſe. apij cimini infuſi in aceto ꝛ eric
cati an̄. ʒ. iij. mirtilloꝝ galiaꝝ nucis ciþſſi: ꝛ folio
rū eius arillorum granoꝝ granati thuris maſti
cis. an̄. ʒ. iij. dent̄. ʒ. ij. cum vino aromatico ſtoᵒ ie
iuno vel cum lacte lapidato. A parte v̇o exterio
ri ponat̄ emplm̄ de maſtice ꝛ vngatur ſtomachꝰ
ꝛ tota regio ventris cum oleo nerdē vel maſti/
cino vel abſinceleon ꝛ ſinapizetur pul'. thuris et
maſticis vel cū puluere immediate dicto. ꝛ det̄
electuariū diacitonitē. Si ſit a cauſis p̄mitiuis
vel alijs: remoueant̄ ille p̄us. deinde fiat cura, ſu
pradicta.

¶ Capl̄m. 24. de diarria.

Iarria eſt fluxus vētris hu/
moralis cum emiſſi/
d one cibi iam digeſti vel quaſi digeſti
ꝛ eſt fluxus ventris ſine vomitu ꝛ di
cit̄ ſm̄ fratrē Iohannem in proſodia a die. quia
pluries venit in die: maxime ante prandium ve
nit multis.

Signa mixta ponā hic cuz cauſis: vt fa
cilius ſententia comprehendat̄.
Fit ergo iſte fluxus aliq̄n a toto corpore ꝛ hoc
duobus modis. quia aliq̄n fit: vt nature expellē
tis ſuperflua: ꝛ in bona vt perfecta criſi: ꝛ iſta ve
nit poſt ſigna digeſtionis ꝛ cū alleuiatiōe patiē
tis. ꝛ venit iſta egeſtio ſine ſono ſm̄ Ga. 2ᵒ pro
noſticorum cōmēto. Illius liquida v̇o bona: et
ſm̄ etiā ypocratē in eodem canone. Iſte etiam
fluxus creticus nō venit frequēter ꝛ paulatime
ſed raro. Vnde Gaꝰ in dicto cōmeᵒ. fluxus aūt
vētris q̄ ſit raro multotiēs ſignat criſim lauda/
bilem ꝛ ſignificat ꝙ natura expellit rem ſupflu
am in q̄ntitate ꝛ qualitate ſua: vt euacuet̄ totū
corpus aut aliquod ex mēbris eius ꝛ mūdificet
ipm. hec ille. Et venit etiam cuz bona tolleran
tia ꝛ cum alijs bonis ſignis. Iſtam autē ſpēm
nō oportet curare niſi multū debilitaretur: ꝛ tūc
ſuccurratur cuz bonis cibis ꝛ cū bonis medici/

nis aromaticis. et tunc valent medicine dicte i. ca. de lienteria. Venit etiam iste fluxus interdum a nimia repletione: ut quando aliquis diu bene fuit epulatus et est in quiete sine exercitio conuenienti. similiter etiam accidit post mutilationem extremitatum: quia natura cognoscens quod illa quantitas chili non valet in membris adaptari: illam tanquam superfluam ad inferius respuit expellendam. et hoc etiam fit ui nature superflua in quanto expellentis. Ista autem lienteria multum confert et pa. bene fert et melioratur: et talis frequenter venit in latitudine sanitatis.

Cura autem istius fluxus stat in minoratione diete et in flobothomia et purgatione. Alio modo venit non vi nature sed vi morbi: et sinthomatis: et fit a mala et irregulata expulsiua venarum totius corporis vel aliquorum membrorum et ista venit cum diuersitate coloris sine bona tolerantia. et de ista dicebat ypoc. 4°. ampho. aph. 21. Et quantocunque dolores plures fuerint magis malum et maxime si color viridis videatur. nam tales moriuntur: quia magis est venenosa et incorrigibilis inficiens alios humores et destruens virtutem retentiuam venarum ¶ Aliquando etiam venit propterea: quia aliqua membra longinqua non possunt nutriri propter oppilationem venarum. Aliquando propter liquefactionem humorum vel membrorum et tunc egestio est quasi vnguentum et est malum ratione signi: quia significat liquefactionem humorum vel membrorum. et ratione cause: quia omnis liquefactio est causa corruptionis subiecti. Et istis duabus vltimis speciebus prime debetur apitio venarum cum diureticis et fricatio membrorum exteriorum et balneum aque dulcis et somnus et vsus ciborum generantium humorem subtilem et preseruatio a frigore et rebus oppilantibus et grossum chimum generantibus vt legumina et risum et amidum. ¶ Secunde autem speciei in qua est liquefactio competit resumptio cum bonis et electis cibis cum ouis sorbilibus et iure bonarum carnium et cum aqua carnis: et vino odorifero et cum aromaticis stipticis: et aqua plantaginis. et vtatur stipticis frigidis. Et si est frigida vtatur stipticis calidis. ¶ Aliquando venit propter debilitatem et desperationem nature: cum natura iam non regit corpus sicut nauta non regit nauem quando ipsam respicit naufragari vt in primis morti. et talibus non conuenit cura. et hic est finis prime digestionis vi nature et vi morbi. ¶ Sed adhuc sunt alie cause diarrie constituentes. 6. species eius quarum prima venit ab epate et felle. quia colera in multa quantitate: vel mala in qualitate mittitur ad intestina que facit mordicationem quam natura nititur expellere et per consequens totum quod in eis continetur: non expectando digestionem perfectam. Unde G°. velocitas cibi egredientis fit propter coleram nimiam ad stomachum et intestina missam a felle vel propter defectum contentiue virtutis in hijs locis et vires expulsiue virtutis. 2° ampho. commento. 20. Quibuscunque iuuenibus existentibus etc. Sic ergo que in intestinis est chilositas non transit ad epar: immo descendit ad inferius: et causat dyarriam et tunc cognoscitur quia in parte egestio est chilosa et in parte est citrina. etiam quia venit in iuuenibus colericis et in estate. et quia magis fluit in nocte: et talis mutatur cito in dissinteriam. Ista species curatur sicut lienteria: quando procedit a calidis humoribus colericis purgando et refrigerando. Unde valet purgatio cum manna et cassia et cum mirab. citri. Et valet rob fructuum frigidorum stipticorum et sirupus ros. et sirupus de ribes et citoniorum valet multum. Et similiter clisteria restrictiua que dicentur deo dante capitulo de dissinteria. ¶ Secunda species in isto ordine dyarrie venit propter oppilationem venarum meseraicarum. Nam stomachus iam perfecit opus suum: similiter et intestina: cum non potest chilositas penetrare. in isto casu materia exiens est chilosa ad modum ptisane vel pulmenti liquidi et tunc est grauitas in latere dextro et in ypocundrio et forte precessit dieta grossa vel nimius vsus rerum dulcium. Ista etiam oppilatio potest in corpore prouenire ex apostemate in dictis venis genito: quod cognoscitur per febrem et calorem et dolorem dextri ypocundrij. ¶ Ista species dyarrie quando est ex oppilatione meseraicarum curatur cum apitiuis diureticis calidis secundum suum modum. Sed quia vt plurimum fit oppilatio a grossis et viscosis humoribus. ideo detur talis sirupus. ℞. radicum apij et petro. brusci spargi graminis cicorce ana. m. j. seminis apij et petro. carui maratri ana. ʒ. j. fiat apozima vel sirupus cum melle. detur de mane. ʒ. 4. ¶ Vidi etiam se. apij et ameos et petro. decoqui in vino albo et propinari et sanabantur. Vidi etiam in isto casu dari reubarbarum torrefactum cum vino continuatum et valebat et competenter ministretur cum aqua endi. vel pluuiali. Auicen. dicit quod in isto casu vomitus est ex rebus magis iuuatiuis. et quod sumat cibum suum pluribus vicibus non vice vna. Et quod post cibum suum accipiat aliquid quod penetrare faciat. Et magis laudatum apud Galienum ad penetradum est dyacalamentum de quo datur. ʒ. j. et ß. ante cibum et ʒ. ß. post. et detur vinum vetus subtile paucum quia est valde bonum tiriaca vero est valde iuuatiua. valent etiam fricationes ante cibum. et post fricetur venter et dorsum vehementer cum panno aspero. Et

dicit Aui. ꝙ aliq̄n est necessaria medicina pur-gans hũores grossos. ¶ Tertia spẽs in isto or-dine ẽ diarria splenetica. ⁊ signũ isti⁹ ẽ. q2 eriẽs est nigrũ vl' subnigrũ ⁊ adest dolor siue grauitas in latere sinistro circa regionẽ splenis. et q2 pa-tiens ẽ melãcolic⁹ tp̄s autũnale ⁊ ẽ patiẽs in fi-ne iuuẽtut̃. Et venit ista maᵃ p porũ vsq3 ad cõ cauũ epat̃. deĩde ad stoᵐ: ⁊ sic ĩficit̃ epar ⁊ sto⁹. Et q̄nq3 lic3 ĩcipiat ad modũ dyarrie: tñ si ma-teria est mltũ corrupta vehemẽtis malicici sepe mutat̃ in dissinteriã. Et de ista dr̄ dissinteria si a felle nigro inchoauerit mortal' est. 4°. ampho. Aliq̄n tamẽ põt venire talis fluxus vi nature ⁊ p viã mũdificationis. vel ĩterdũ venit in fine q̄r tane vel in aliis morb: ⁊ tũc venit cũ alleuiatio-ne ⁊ bona tollerantia. ¶ Quarta spẽs est sto-machalis ⁊ venit ꝑpter debilitatẽ retentiue nõ potent̃ sufficiẽter retinere cibũ ⁊ potũ donec di-gestiua sufficient̃ digerat ꝑpter nocumentũ ex-pulsiue ĩcitate ab aliquo acuto hũore. vel q2 di-gestiua in se ẽ mltũ debilitata ꝑpẽ aliquã malã cõplõnẽ ⁊ tunc expellitur cib⁹ semicoctus: ⁊ tũc adest dolor ⁊ grauitas in sto°. ¶ Ista aũt cura-tur cum rebus cõfortantibus stoᵐ: ⁊ ipsum ca-lefacientibus habẽtibus stipticitatẽ. vñ v3 dya citonitẽ cũ spẽbus diazinziberis ⁊ reliq̄ stiptica cal'a que frequẽter dicta sunt. ⁊ det̃ cib⁹ paucus facilis digõnis ⁊ laudabilis chimi cũ aromati-bus. ⁊ empl'et̃ stomach⁹ cũ empl'o de mastice so lo vel addit̃ q̄busdam aliis ad hoc valẽtib⁹ cu3 pice pistello cal'o. vel aliter vt tibi ⁊ apotheca-rio videbit̃. vel cũ empl'o scripto in. c. de liente-ria. Nõ eni in isto casu ⁊ in mult̃ differt lieteria a diarria nisi ꝑm magl ⁊ minus. ⁊ vngat̃ sto⁹ cũ oleis cal'is ⁊ cũ oleo neridẽ ⁊ masticeleon ⁊ ab fincileon ⁊ desup spergat̃ pul'. thuri ⁊ mastiq̄ ⁊ circũliget̃ benda. ⁊ det̃ vinũ maturu3 grossum rub. cum decoctione masticis vt dicit Auẽzoar. ¶ Quinta spẽs dyarrie in hoc ordine est icere-bellari. ⁊ ista cognoscit̃ ex p̄sẽti dolore capit̃. vel q2 de p̄senti est vel fuit catarrizatus. ⁊ magl fluit post somnũ. ⁊ exiens ẽ spumosus vel muco sum. vt ypo. 7°. amph. cañ. 29. Quibuscũq3 spu mose egões in diarria his flegma a capite de-fluit. ibidem. ⁊ in isto magl fluit post somnum. ¶ Curatur aũt ista spẽs curãdo catarrũ appli-cando fronti ⁊ cõmissure sacculũ de milio cum pãnicio torrefact̃. aliq̄n sacculũ de camo. ⁊ rob. ⁊ teneat̃ regimen dictũ in q̄ta spẽ. ¶ Sextam spẽm ponit Aui. in. 16. 3ᵃ. in. c. 2°. que quide3 fit de vẽtositate. ⁊ ista non est p̄termittẽda. Sciui ⁊ amaui hominem qui passus est eam. ⁊ dicit Aui. sic. Et quãdoq3 fit fluxus ventris ꝑpter vẽ tositatem ⁊ inflationem que oriuntur ⁊ corrũ-puntur inde ⁊ digõ. ⁊ fit fluxus vẽtris vbi supra ⁊ cã dicta est. q2 natura nitit̃ expellere ventosi-tatem faciente extensionẽ ⁊ digõnẽ ĩpedientẽ3. ad cuius expulsionẽ seq̄tur expulsio cibi semico cti ⁊ q̄si corrupti: ꝑpterea q2 in eo nõ fuit facta ꝑfecta digestio. ¶ Huic spẽi valet paucitas cibi ⁊ augmẽtatio exercitii ante prãdiũ. ⁊ valet vsus dyacimini dyamart̃. ⁊ dyacalamẽti. ⁊ ꝯfortetur stomachus vt supra dictũ est. Et valet ista me-dicina quã ponit Aui. in isto casu. ℞. balaustie thuri ameos añ. ꝑtes eq̄les ꝑ pul'. ⁊ icorporetur cum passulis pistat̃ cum toto: ⁊ sumat ex eo ad quãtitate3 nuc̃: ⁊ teneatur regimen supradictũ in. c. de lienteria. q2 vt breuius loquar diarria fe re vt lienteria curatur. ideo multi p̄bor̃ vtrãq3 spem in vno collocauerunt capl'o: inter eã q̄ua3 facientes distinctionem.

¶ Capitulum. 25. de dissinteria.

D Issinteria est flux⁹ vẽtris cum sanguie. Et lic3 ex oĩbus spẽbus supradictis homo posset suppeditari ⁊ mori: ta-men ista spẽs est deterior: cũ in ea sanguis q̄ est sedile nature ⁊ vite euacuetur. interia vl' enteria grece idem est qð ĩtestina latine. ⁊ cõponitur cũ dis qð est diuisio. ⁊ dr̄ hec dissinteria penultima acuta. id est diuisio ɔtinuationis ⁊ vlceratio in testinor̃. ⁊ fit ante fluorem: quẽ greci diarriam dicũt. Johãnes ianuẽsis in ꝓsodia. Papias aũt dicit ꝙ dissinteria est sanguine⁹ flux⁹ ventris cũ excoriatione ĩtestinor̃. Unde Gal'. p̄mo de in-terio. c. 5. Dissinteria vulnus ẽ intestinor̃. Idem dicit Gal'. 4. amph. cõmẽto. 24. Si ḡ sunt alii fluxus sanguis vt emorroydarũ vel epatic⁹. vel sanguis qui fluit per iferius. post istu3 aũt caᵐ si nõ est vlceratio seu excoriatio ĩtestinor̃: ꝓpro-prie dicuntur dissinteria.

Cause dissinterie ꝑm Galienus p̄mo de iteriorĭbus. 5. c. notant̃ sic. Dissin-teria vulnus est ĩtestinorum sed dolor ⁊ nocu-mentũ in initio generat̃ a quadã materia pun gitiua per ĩtestina transeunte ⁊ lauãte ⁊ radẽte cor̃ lenitatẽ. vnde ipsis nihil viscositat̃ quibus defendant̃ habentib⁹ ex acumine meri sepi⁹ ex-coriatis vulnus in eis efficit̃. hec ille vbi supra. Hic ergo habes causam ɔiunctam istius dissin terie. Alia causa ɔiuncta poterit esse assumptio medicine multũ for̃ ⁊ in magna quãtitate: vt

est dyagrediū esula ⁊ ellebor⁹. imo etiam de me dicina satis amicabilis qñ in quātitate irregulata tribuit̄ p ydiotas apothecarios. Scio eniȝ hominē qui adhuc viuebat dum hoc scribebat̄. q. ij. ʒ. dyaturbit assumpsit per fatuū famuluȝ illas requirentē loco duaꝝ. ʒ. Noui etiā aliū cui p fatuū apothecariū ministrata fuit medicina cū qua tantū assellauit vsqꝫ ꝓꝑerit ad mortem: exñte dissinteria hoc faciēte. vterqꝫ tñ sanatus ē diuina permissione coadiuuāte aliqua persona. ¶ Cause autē añcedentes possunt esse mala et multa maª colerica vel flegmatica vel melācolica exuberans in toto corpore vel aliquo mēbro a qua natura se intendit deonerare ꝟtute expulsiua forti exñte ꝑpter eius maliciā ⁊ ī cōueniētiam vel multitudinē: q quādo iam fluit: facta est causa cōiuncta: ⁊ dum se non mouebat: erat añcedēs causa. Alia causa añcedens est corruptio ciborum in stomacho vel humorū inuenis: ⁊ sic de alijs. ¶ Cause aūt primitiue possunt esse alteratio magna ⁊ longa facta in aere siue in caliditate siue in siccitate siue in vtroqꝫ. Aliquando in frigiditate vel humiditate liceȝ ex istis magis lienteria ⁊ diarria ⁊ frequentius generetur. Nā siccitas tempis siue aeris chimos minorat: sed acutiores facit in suis qualitatibus. 3°. ampho. cōmento. 8. ibi. In siccis tꝑibus ⁊c̄. Nam siccitas p se sola solet generare coleraȝ. in. 3°. amphorismoꝝ. cōmē° iam allegato. Ex vsu etiam fructuū corruptibiliū potest fieri ⁊ causari dissinª. Et hoc freq̄nter fit duobus modis. Uno modo quia tales fructus sunt generati ⁊ nutriti in corrupto tempe male influētie. Alio mode: q̄a ex fructibus generat̄ humor putrefactibilis leuiter: q sua corruptiōe acquirūt malā qualitateȝ mordicatiuā ⁊ pungitiuā: ⁊ sic causant dissinteriā ꝑpter qđ nō est multū securū vti eis i estate: vel in autūno: maxime pueris.

Signa dissinterie. Cognoscit̄ dissinteria ⁊ est signū eius insepabile. quia adest dolor ⁊ tortura intestinoꝝ vel stomachi ante horā fluxus. Aliud signū est. quia iste fluxus dissintericus non venit subito. Hanc etiā ꝓprie significatiōes sequunt̄ in initio sui. Colerica egestio ⁊ pungitiua existit. postea rasura intestinorū: ⁊ deinde cuȝ rasura parū san. ꝟ tamē fit cū vuln⁹ factū ē. Uerba sūt Ga. 6. de interiori bus. c. pmo in pnci°. Aliud signū est: quia cum ista egestione sanguinolēta ⁊ rasura intestinorum exit aliqua pars illius maᵉ que facit fluxuȝ ⁊ in hoc debet aduertere medicus vt melius sciat euacuare si necesse est. vel alia remedia adhibere. si est a co. cum egestiōe exit col. Et si flā sal sum: illr̄ exit: ⁊ silr̄ de melancolia. Si fuerit ex assumptiōe medicīe laxatiue multū forti: ex relatione infirmi habet̄ ⁊ iudicat̄. Silr̄ qñ venit propter cibaria acuta vel laxatiua. ¶ Signa auteȝ vtrū ista excoriatio s̄ in intestis supiorib⁹ vel inferiorib⁹ distinguunt̄ sic. ⁊ ponunt̄ a Gal. pmo de inter. c. 5. quia si intestina superiora vel gracilora excorient̄ vel dissinteria sit in eis: dolor est ab vmbilico supius. Scđo in egōnibus parum est pinguedīs: cū ipa sint gracilia sine pinguedine. Tertio q: rasura melius miscet̄ cum egestiōibus q: via est longior. ⁊ ꝑpter transitū ⁊ reuolutionē melius adinuicē cōmiscent̄. Quarto cognoscit̄ q: rasure nō ita magne nec ita manifeste sunt ꝑpterea: q: sūt minoris q̄ntitat̄. Rab dic̄. ⁊ Ga. pmo de interiorib⁹. ꝙ in isto casu fex ⁊ rasure descēdūt post dolorē post vnā horā. q: tractus est longus. ¶ Si aūt excoriatio fit in grossis seu inferiorib⁹ intestinis: totū est oppoᵗᵐ p: pimo q: dolor est ab vmbilico inferius ⁊ multum adest pinguedinis: cū ipa sint pinguia: ⁊ rasura nō est ita perfecte mixta cū egōnibus ⁊ sanguie. q: citius exeūt: q: via nō est longa. quare cito exeunt: ⁊ iste rasure sunt detecte intueri ⁊ in magna q̄ntitate: ⁊ sunt pingues. ⁊ adest pua mora inter dolorē ⁊ egōnē. ¶ Signa aūt ꝙ sit pestilētialis dissinteria sunt. q: tempa p̄terita fuerunt. vel sunt de pñti multum sicca calida vltra coruȝ complexionē quā naturaliter debēt habere. Scitur etiā scđo ⁊ melius. q: multi in illo tpe in illa regione vel loco eadem egriditudine sunt detēti. ⁊ ꝙplures mortui sunt. Si alia signa vel cause vel cure fuerint: ad cōtenta in isto. c. ꝓuenienter possunt applicari.

Iudicia pnostica in dissinteª sic habētur. Si aliq̄s in tpe pestilētia li vel in vno loco vel regiōe sunt multe dissintᶜ ⁊ aliq̄ incipiunt habere tenasmonē vel diarriaȝ vel lienteriam: iudicabis eos de proximo simili morbo. id est dissinteria occupari. ¶ Scđo dissinteria in intestis supiorib⁹ est magis piculosa ⁊ difficilioris cure. Et si ibi fit vlcera° pfundauit. ⁊ antiq̄ta vl̄ nimis lata: dī ꝙ ē incurabilis. Si vo vlcera° est i intestis inferiorib⁹: est magis salua. Dic̄ Aui. Causa pmi. quia superiora sunt gracilia neruosa: ⁊ nō pñt eque bene suscipere consolidationē. Inferiora vo sunt in substātia corum spissa ⁊ carnosa. ideo hñt materiā regñationis in se vel iuxta se: ⁊ ideo deꝑditū bñ cito recupeꝝ

ratur τ locus inde cõsolidat. ¶ Tertio cū ypoc. 4. amph. amph. 24. dissinteria si a felle nigro inchoauerit: mortale est. Et si co. ista nigra vel co. adusta ꝓijciatur super terram bullit sicut acetū: est mortale. ¶ Quarto cū ypo. in longis dissinterijs cibi abstinētia malū cum fe. vo pei⁹ 6. amph. amph. 3. Natura enī sustinens dissinteriam τ abstinentiā oportet vt succūbat: q2 oppositū abstinere vtuti ex dissinteria debilitate debuisset ꝓbere iuuamentū. ¶ Quinto iudicare possumus ꝙ oīs fluxus vētris post longā egritudinē si sit subitus τ repētin⁹ est mortalis: maxime si sit dissinteric⁹. Prima cā est. q2 venit cum debilitate vtutis que adhuc cū eo magis debilitatur τ ꝓsternit. Scdo q2 signat magnā τ subitam corruptionē in hūoribus corporis. Tertio: q2 longa egritudo fit ab hūoribus fris. τ dissinteria fit a calis hu. Interdū tñ venit fluxus ventris post longam egritudinē. τ hoc per viam crisis. s3 tūc nō est dissinteria sed venit cū bona tollerātia et alleuiatiōe pat. τ post signa digōnis. τ oīs talis est bonus. ¶ Sexto oīs fluxus vētris q̄ duc ad hydropisim est mortalis. q2 in isto oppo^m est in obiecto: cū hydropici curari debeat p fluxū ventris. ¶ Septio si i dissinteria appet pustula nig post aurē: moriet infirm⁹. ¶ Octauo dī ꝙ oīs fluxus vētris q̄ ꝓmo est sicut aq̄ deinde sicut vnguentū: est malus. ¶ Nono in omī vētris fluxu debilitas appetitus discōfortatio mētis grauitas post somnū iacere tibijs retractis. vox rauca τ catulina. pulsus debilis cum summa frequentia debilitas τ flagellatio toti⁹ corpis: adherens vētris cū dorso: facies colorata colore mortuoꝝ velut si hēret pannū in facie diūsitas τ mutatio egestionū: fritas extremitatum. Qm̄ oīa ista vel plura coꝝ ꝯiūgunt nō solū in fluxu vētris: verū etiā in omī egritudīe sunt sig ꝑniciosa τ mortalia. Ꝯria vo salubria. ¶ Decio singult⁹ post īmoderatū fluxū vētris mortale est. 5. amph. am°. 5. q2 spasm⁹ stō^l signatur ex inanitiōe: τ talis mortalis est. 5. amph. am°. 4. ¶ Vndecio in fluxu vētris eructus° supueniēs ꝑus nō exñs bonū ē: q2 sigt ꝙ natura iam incipit digerere cibū. ¶ Duodecimo qñ in fluxu vētris debita remedia applicant τ nō iuuāt signū est ꝑniciosum. ¶ Decimo tertio fluxus vetris pestilētialis incipiēs a liēteria vel diarria cū tenasmone ad quē subsequit dissinteria in pueris vsq3 ad. xij. annū piculosior est ꝙ̄ in senib⁹ in ꝓ^a senectute: nec in iuuenibus Hec aūt p experientiā scit. ¶ Decioquarto nigre egōnes si a dissinteria fuerit: iā habito vt in teſtinoꝝ carnes egerant: mortale est. 4. aph. am°. 26. ¶ Decimoqnto in vētris fluxib⁹ mutatiōes egōnū iuuāt: nisi ad malū trāsmutent. 2. amph. am°. 14. Et sequit in ꝯ°. Diuersitas egōnū τ mutatiōes eoꝝ signāt purgatiōes mēbroꝝ τ diuersoꝝ hūoꝝ fiduciā sanitatis τ mūdificationē corpis faciētes nisi cū transmutant ad malū. ¶ Decimosexto dicam⁹ ꝙ oīs flux⁹ vētris vel vomitus ad quē sequit alleuiaᵒ pa. τ bona tollerantia est bon⁹ τ vtilis. ypo. τ Ga. in snia ꝓ° amph°. am°. τ ꝯ° ꝓmis. τ. 4. amph. am°. τ ꝯ°. tertijs. Cōtrariū vo est si inde q̄s deteriorek τ adest inq̄etudo τ sic de alijs malis accidētib⁹. h etiā dicit G⁹ ꝓ° amph. ꝯ°. 23. Si enī tātū maᵃ egritudis purget infirmus q̄escit leui⁹. Sed si cū re naturali purgatū misceat grauat τ angustiat infirm⁹: cū sua deficiat virtus. ibidē. ¶ Deciosептimo dissinteria si a co. ni. incepit mortale est. Si a co. pauca nō oīno piculosa: sed plures ex eo saluant. 2. de vtutibus naturalibus. c. 9. ¶ Decimooctauo lienteria post dissinteriā mortale est.

Canones

cōes in omī fluxu ventris. ¶ Prim⁹ nullus flux⁹ ventris infra q̄rtā diē est restrīgēdus si pat. ipm tollerare pōt bñ. ¶ 2⁹. In dissinteria si vlceraᵒ vel excoriaᵒ est in intestinis supiorib⁹: debēt meᵉ τ cibi medicinales p partē supiorē. s. p os sumi vel ministrari. Si vo in inferiorib⁹ debēt ministrari p inferius cū clisterib⁹ τ suppositorijs. ¶ 3⁹ est: ꝙ qñ vlceraᵒ est in vtrisq3 p vtrāq3 ptē sunt medicāda τ adiuuāda. ¶ 4⁹. meᵉ ꝯstrictiue ad fluxum vētris cōpetēti⁹ añ cibū indigētibus debēt exhiberi. vt ꝑcedētes cibū illū aliqualē faciāt expectare digōnem retinēdo. ¶ 5⁹. Si stiptici fruct⁹ vt castanelle cibi stiptici debēt administrari illi añ refectionē ministrent ꝓpter actionē supradictā. ¶ 6⁹ si in fluxu ventris affuerit calitas stiptica frīa sunt ministrāda τ ecōuerso si cū fluxu vētris al fit fritas al's debilitas: tūc cū stiptīc calīa ꝑmiscēda sunt. vel stiptiᵃ calīa sunt ministrāda. Et in isto casu digestia ē multū debilis. iō calefactiua vtriq3 sunt ꝯcedēda. ¶ 7⁹. Si cū fluxu vētris fuerit nimis: res multū acetose relinquēde sunt ad preparandos τ vehemēter stiptiᶜ pari mō. ¶ 8⁹. Sudor τ fricatiōes τ vnctiōes cū oleo de camo. τ aueᶜ materiā ad diuersa trahēdo poros apiendo iuuāt in restrictiōe flux⁹ vētris. ¶ 9⁹. Ponere vētosas super ventrē illoꝝ q̄ habēt fluxū vētris τ excoriationē cum dimittunt quattuor horis restringunt. Aui. formaliter ponit istū canonē in. 16ᵃ. tertii. c. de cura fluxu ventris absolute τ dicit ꝙ ipse

expertus fuit. ¶ Decim⁹ est Aui. in loco pallegato φ in fluxu ventris absolute vitentur fruct⁹ oino q̄uis sint stiptici: nisi cū sto⁹ refugit ex cib. ⁊ certe verū dicit Aui. nā ego hāc tenui viā. ⁊ bñ me reperi vt aliq̄liter p̄fatū est. Et dicit Aui. φ castanee nō nocēt eis. ¶ Undecim⁹ ē Aui. Sōn⁹ est ex reb⁹ magis iuuantib⁹ habētes fluxū ventris. q̄es etiā iuuat ⁊ labor nocet.

Curatio ꝑticularis dissin. In primis cōsidera: si cā dissin° est calida ⁊ tu venis in p̄n°: hoc est īfra quartā diē inclusiue. Purgabis mām colericam prio sic cū clistere lauatiuo. ℞. aq̄ ordei quarř. j. mell' roř. q̄rř. j. ꝟ. clistere. ⁊ itereť bis. deinde purgeť. ℞. roř. ru. viol. añ. ℥. j. bulliant vnico feruore ⁊ coleť ⁊ in colatura tempereť corticis mirab. citrino. ℥. j. gūmi dragagāti. ʒ. ij. per. 6. horas ⁊ post fricationem coleť ⁊ mittreť. Uidi etiam aliq̄ñ illā co. purgari cū decoctiōe floꝝ ⁊ cassiaꝝ. ⁊ pulcher inde reperiebatur effectus. Ista autē purgatio debet dari cum cautela ⁊ timore. q: plures antiquoꝝ non euacuant nec medicinas dant laxatiuas. īmo a ꝯstrictiōe icipiunt. Un̄ Aui. in. 4. p̄. c. 3°. in p̄n°. ventrē soluere sup̄ fol'onem ventris timorosum est. Requiriť ergo φ egritudo sit in p̄n° φ ibi sit fortitudo virtuꝭ ⁊ replō seu multa materia: q: multitudini debeť euātio ⁊ acumini repressio ⁊ excoriationi ꝯsolidatio. ⁊ finis est cōstrictio. In cā eñ φ san. emittať cū rasura intestinoꝝ in ma⁸ sanguinea ꝟ flōia parua de epatica: q: infrigidat acuitatē humoruꝫ ⁊ trahit ad diuersam ptē ⁊ ꝯstringit ⁊ epar refrigerat ebullitionē san. vñ Aui. amplius flōia q̄ ad diuersaꝫ trahit mām. i. vētrē s̄m plurimū retinet in. 4°. p̄. c. 20. Et aliqui tenent hoc p magno secreto. imo vnus fecit flōtomare hoīem dissintericum. 70. annoꝝ. qui forte illā fuerat passus per vnuꝫ mēsem ⁊ vltra volūtatē peritoꝝ mgroꝝ ⁊ statiꝫ sanus fuit: cui nulla alia me⁸ ꝓficuerat nisi flōia post ista deť sir⁹ de ribes ⁊ oxisacara ad alterandum ⁊ sir⁹ roř. ⁊ citonioꝝ mirtilloꝝ ⁊ pirorum ad alterandū ⁊ reprimendū maliciā ⁊ acuitateꝫ hu. caloꝝ. nō tñ ista danť ad digerendū vt eueť: q: cū sit furiosa non pōt bñ digeri ſꝫ sufficit ingrossari vt nō sic fluat: etiā vt non stimulet nec abradat itestina. Statim post purgationem ꝟ. clistere sic. ℞. sepi renū capre vel alteri⁹ loci fusi quarř. j. succi trogos. i. plantagis succi virge pastoris. añ. lb. ß. incorporenť in morta° addendo boliar¹. ʒ. ij. terre sigillate ypoq̄stidos. añ. ʒ. j. ꝟ clistere ⁊ tepidō iniciať. Unde nisi sepū hirci vel capre icorporeť p̄us i morta° cū alijs medicis ⁊ succ: imediate ꝯgelareť ad tantā tepiditateꝫ φ cū clistere nō misceref. ¶ Scđo pōt fieri clistere tale. ℞. vitella ouoꝝ coctoꝝ in aceto. 4. numero sepi hirci p̄us fusi ⁊ colati q̄rř. j. succi buglosse ⁊ vge pastoꝝ ⁊ plātag. añ. q̄rř. ß. aq̄ roř. q̄rř. j. olei roř. ℥. ij. cū q̄b⁹ dissoluanť ⁊ tepentur iste pul. ℞. terre sigillate gūmi arab. añ. ʒ. j. ⁊ ß. ypoq̄ſř. acaſ̄. san. dra. añ. ʒ. j. olei roř. ℥. j. icorpentur vt supra dictū ē ⁊ ꝟ. clistere. Loco aūt aq̄rū pōt fieri dissolō in iure capiř ⁊ pedis mutonis. ꝟ tñ eēt aliqđ īpedimentū ex sq̄balis ita φ ma⁸ ad itestina ꝓuocata non posset exire vel in aliq̄ grossoꝝ intestinoꝝ esset aliq̄ mala materia iniscata vel adherens: bonū eēt illā mūdificare cū clisteri lauatiuo aq̄ ordei ⁊ mell' ⁊ post sequať clistere icarnati^m in quo cū aliquo succo de supradictis vel cum aq̄ decoctionis masř ꝓsidie ⁊ balaustie. ⁊ imittať pul. masř thuř ⁊ san. draco. boliar¹ ⁊ cortic̄ thuř. añ. ʒ. j. olei roř. ℥. ij. ꝟ. clistere icarnati^m. Aliqui ēt ponūt in isto casu anthimonij loti vl' ersti. ʒ. j. ꝟ. ꝗ clistere vel suppo^m ex istis. ℞. acaſ̄. ypoquisř. balaustie terre sigillate. añ. ℥. j. cōchule marine aduste san. dra. ceruse plūbi. añ. ℥. ß. ꝟ. pul. ⁊ distēpereť cū succ̄ supradictis. ⁊ ꝟ. clisteria vel suppo⁸. ꝓñt ēt addi opij. ʒ. ij. in toto cōposito. Oia supradcā ī maiori pte h̄ñt locū: q̄ñ dissin° est in itestinis inferioribus. ¶ Q̄ñ aūt ꝟ. dissin. a flāte salso ille hūoꝝ purgatur cū mirab. kebu. ℥. j. ⁊ partim citrinis: q: citrini p̄ma sua natura purgāt colerā. scđo flā. Cum ergo flā salsum partim sit cōpositū a flāte ⁊ pti a colera sequiť φ cōuenienter pōt purgari cum mirab. citrinis. deinde vtať regimine supradcō ⁊ ꝟ. clisteria supradicta vel eis siſ̄ia. p̄mo mō lauatiua. scđo cōstrictiua. tertio incarnatiua īmo etiā nutritiua ex aq̄ carnis: si nutrimentū p os cape nō posset vel ēt ex lacte lapidato cū stiptic̄. Post ista clisteria īmo post exhibita sunt tanq̄ in medicinis q̄ in potu ⁊ cibo cōstrictiua ⁊ stiptica sequiť pul. Rab. in. 9° al. qui vꝫ. ad dissin. ℞. spodij se. plantaginis ⁊ psillij. añ. ʒ. 10. gūmi arab. boliar^ci. añ. ʒ. 5. psiliū ⁊ bol⁹ ⁊ gūi asseňť. ⁊ ꝟ. pul. ⁊ denť. ʒ. iij. de mane ⁊ tantūdē de nocte añ prandiū ⁊ ante cenā cum rob citonioꝝ vel sirupo mirtilloꝝ. Haly iubet dari in p̄n° pul. carabe ⁊ trocíscos de carabe. sequiť medicamenti⁹. ℞. gūi arabici terre sigillate. añ. ℥. j. san. dra. ypoquisř. añ. ℥. ß. ꝟ. pul. ⁊ detur ante prandium ⁊ ante cenam cū aliquo sirupo constrictiuo vel cū aq̄ acetose vl' portulace. his pōt addi acassia

⁊ semen portulace ⁊ detur cum succo vel aq̄ arna-glosse. Cū aūt cognoscitur manifeste q̄ sit a flāte salso per exitū eius per inferius: etiā quia sapor salsus in ore sentitur. Post clistere supradictuʒ detur aliqua me^a in quib^9 sit caliditas cū stipti-citate, ⁊ tūc valʒ se. nasturcij torrefacti ⁊ puluerisati ⁊ cocti vsq̄ ad ʒ. iij. ⁊ ℥. 4. lactis capre bene cū lapidib^9 cocti. ¶ 2°. fiat sic. ℞. se. nasturcij torre-facti. ʒ. 6. boliar^ci. ʒ. 5. amidi. se. basilicōis. añ. ʒ. iij. torrefactis sine adustione addatur croci san. ora. ba-laustie. añ. ʒ. j. fiat pul^9. vel trocisci dentur. ʒ. iij. cum sirupo citonior̄ vel mirtillorū iuxta tenorē. 4^i. canonis generalis si excoriatio est in intestinis superioribus: ⁊ si in inferiorib^9 per clistere lati ori-ficij seu late cānule iniciatur. Medicamē valēs nō solū ad dissint. verū etiā ad quēcunq̄ fluxū san. Vest Cōstantini ⁊ ysaach in viatico. ℞. boliar^ci se. por^ce. añ. ʒ. 4. spodij se. acetose rof. balaustie myr^e coriandri preparati ⁊ torrefactis acassie ypo-quistidos coralli ru. torrefacti. añ. ʒ. iij. sumach. ʒ iij. ⁊ ß. dragagā^t carabe se. malue bismalue tor-refactor̄. añ. ʒ. j. fiat pul^9. dentur. ʒ. iij. per modū supra dictū. vel fiant trocisci cū succo arnaglosse. Si autē esset nimis delicatus fiat clistere^m cum zuc̄, sed nō tā-tum valet. ¶ Ras iubet dare lac acetosum cum puluere de bolo sar^co. ¶ Aliquando autem fit flu-xus ventris propter aliquod apostema in inte-rioribus generatum ⁊ disruptū ⁊ signa eius sūt precessio fe. ⁊ dolor ⁊ grauitas in illo mēbro in quo est vel fuit apostema exinde cessauit ille do-lor ⁊ pulsatio: ⁊ post emittitur sanies aut sang. aut totū mixtum. ¶ Ista species indiget mūdi-ficatiuis vt est ydromel ⁊ aliquib^9 cōfortatiuis ⁊ defensiuis intestinorum p clisteria ⁊ per potū. Si fluxus ventris sine dissint. est propter medi-cinā laxatiuā detur in potu. ʒ. iij. mastiq̄ puluerisa-ti temperati cum aq̄ rof. vel pluuiali vel saltem frigida vel lacte lapidato cum eodem liquore in quo temperat^9 est. Ad idem fm Aui. in. 4^a. pri-mi ℞. se. nasturcij torrefacti. ʒ. iij. coquantur cū la-cte ferrato a quo extractum est butirum vsq̄ ad spissitudinem ⁊ est pbatum. Itē ad idem valet tiriaca cū aqua plantaginis. 4° ad fluxum su-perfluum pter laxatiuū fiat muscillago de semine lini ⁊ psillio ⁊ dragagā^o ⁊ gūi arabico ⁊ nasturcio ⁊ cum istis misceatur coagulum leporis vel capre-ti ⁊ dentur mixtis cum vino ⁊ valet multuʒ. Itē comedat ⁊ bibat ⁊ dormiat ⁊ cessabit fluxus q: somnus fortis retinet euacuationes ⁊ cum vo-lueris magis ducere elleborum moue corpus. cū vo stare somnum fac ⁊ noli mouere. 4. ampho.

na colerica vrina rn. Et qñ est sicuꝰ materia est sub tilis. ꝛ qñ est sine materia: est facilis casus in fe. acutas: pulsus velox ꝛ frequẽs ledit a cal'is ꝛ iu-uatur a friis: ꝛ vtplurimū hñt egestionē colericam maxime qñ ibi ē materia. ꝛ si ibi nō est materia: egestio ē sicca adusta nimis ꝛ ligua ꝛ labia sicca ꝛ aspa corpus macerat. Et si est iuuenis col'icus vtens regimine calefaciēte: vel exercet se in arte ca lefaciēte: vt ē furnarius vel faber. ꝛ si itinerauerit p cal'a loca in tpe estiuo. ꝛ sic de alijs. Ista cuꝫ il-lis insinuāt malā cōplonem cal'am esse in epate vel oia vel aliqua ex eis: ꝛ cū h̄ color faciei est ci trinꝰ. ❡ Scias h̄ ꝙ qñ cōpl'o epaꝶ cal'a nō mul-tū excedit in cal'itate: gñat colerā. Et qñ est in eo mala cal'a multū intēsa ꝛ extēsa: gñat mel'iam ꝛ e-gritudines q̄ a mel'ia gñant: vt ē mania mel'ia ali-qñ lepra. Ultra signa iā dicta cal'itas tactꝰ supra regionē epaꝶ inuenit: ꝛ manꝰ cal'e p̄cipue dextra ❡ Signa male frē epaꝶ tale nullū de supradictꝶ signis hꝫ: ſ hꝫ linguā ꝛ labia alba. nec sitit: ꝛ sic paucꝰ san. in epate eiꝰ gñat corrᵒ col'. ꝛ humor q̄ gñat est flāticꝰ: q2 multū de flāte in eo gñat: corᵒ col'. aliqñ ad nigredinē: aliqñ ad viriditatē: aliqñ ad colorē marmoreū: aliqñ ad colorē fisticalez. si cut dicit Cōstꝰ i 9ᵒ. sue theoᶜᵉ. Et qñ ista fra in cipit: nimiū hñt desideriū nec cadūt ita sepe i fe. nec egestio hꝫ malū odorē. ibidē. Pulsus tardus tactus frigidꝰ vrina remissa sā. est grossus nō po tens currere p venas: sicut incaustū grossum nō pōt currere p papirū. Et scias: ꝙ in p̄nᵒ istiꝰ ma-le cōpl'onis frē nō fit fe. sed postꝙ pseuerauerit: aliqñ arripit a fe. pptea q2 sā. q̄ est i epate corrū-pit vt dicit Serap. Et nota etiā: ꝙ si epar est ca-lidū: veᵉ meseraice sūt late. egestio erit sicca q2 fit mag̃ attractio ꝛ exiccatio hūiditatis chilose rō-ne cal'i ꝛ rōne latitudis viaꝶ. Et si epar est cal'm vel frm meseraice opilate vel stricte. egestio ē hu mida q2 qd deberet attrahi p nutrimēto: exteriꝰ cū fecibꝰ diriuat. sil'r qñ virtꝰ attractiua ē debil' egō ē hūida. q2 apar nō p̄t attrahere succositatē ad se. Et si eiꝰ attractiua est multū fortꝭ: multum attrahit de succositate. ꝛ sic egō remanet sicca. ❡ Signa male cōpl'ōis sicce. ista gñat hu. gros-sos ꝛ siccos ideo facit siccitatē in ligua ꝛ in ore ꝛ adest sitis. Et si cal'itas ei copulet: ista intēdunt q2 siccitas auget p cal'itatē ꝛ calitas fortius opat in sicco cū siccitas sit lima calorꝭ ꝛ totū corpꝰ est siccū ꝛ fuscū: ꝛ pulsus durꝰ ꝛ egō sicca ꝛ i qua qñ titate. Mala 9ᵒ hūida epaꝶ fac egōnes hūidas ꝛ remouet sitim ꝛ facit inflōnem faciei ꝛ oculoꝶ ꝛ mollicié carnis ꝛ ypocūdrioꝶ: ꝛ nō adest corpis

extenuatio. ꝛ in eo gñant hu. aqñ: iō adest hūi-ditas lingue ꝛ oris ꝛ albedo coloris. ꝛ qñqꝫ ē cū eo citrinitas pauca. Et si ibi est frigus cū hūidi tate decliat color ad viriditatē: ꝛ vtplurimū isti hñt corpus debile ꝛ laxum ppter maliciā que sequi tur humiditatē. vt dicit Auicē.

Pronosticatio talis ē p̄ᵒ cum hᵒ totū corpꝰ p naturā epaꝶ imutat. 2ᵒ. apho. 9ᵒ. 18. Et couꝫ q̄ nutriunt ꝛc. Si g̃ corpꝰ est hūidū ꝛ saliginosum pnostica ꝙ epar ē hūidū posito ꝙ bono vtatur regimine: ꝛ sic de alijs. ❡ 2ᵒ. cū Ga. megꝰ pticu-la 2ª. qñ col'. 4ᵒ. necesse est eīn vt stōachꝰ ꝛ epar digerāt cibū ꝛ p̄parent vt sit maᵃ totiꝰ corporis nutrimētū. ꝛ ideo epatis ꝛ stomachi defectus du cūt egrū ad pditionē. ibidē. Et ideo in egritudi nibꝰ istoꝶ cū in p̄nᵒ sunt: multā nō inducūt mo lestationē ſ paulatim subintrāt. Cauendū ē ne tales funditus radices emittāt: q̄s postea nemo valeat extirpare. ❡ 3ᵒ cū Cōstā. in 9ᵒ. sue theoᶜᵉ Qui patiunt malā cōpl'onē cal'am epatis facil'r cadūt in fe. acutas vel in cōsumptionē corporis ꝛ ethicaꝫ. ❡ 4ᵒ hñtes epar supflue cal'm: si sint colerici ꝛ macri caueāt a lepra maxime si ipetigi-nes ꝛ furfures freqūt in coꝶ facie ꝛ corpe inue-niant. snīa est Bern. de Gordoᵒ. ❡ 5ᵒ. cū ppter istas malas epaꝶ cōpl'ones p multū tps durans eius digestiua v̉tus debilitet ꝛ aliqñ corrumpat necesse est achochimiā vel ydropisiꝫ vl' alias ma las egritudines: vt sūt scabies ꝛ lepra gñari. Et ſm diuisitatē ꝛ gdū corruptionis vl' debilitatis. ❡ 6ᵒ hñtes epar ca. ꝛ stomachū frm: necessario multitudinē hūorū crudorū ꝛ flāticoꝶ in venis coruꝫ possidebūt: q2 ibi magna chili ipfecte dige sti fit attractio ꝛ error in p̄ma digōne factꝰ neq-ꝙ p scdaꝫ emēdat. ❡ 7ᵒ ɔsecutiue cū Arnoldo i suis amphis sic. Quibuscūqꝫ epar ē cal'm necef se est chimos corpis qñtocunqꝫ crudi extiterint aliqualit esse acutos. ❡ 8ᵒ in hñtibꝰ epar cal'm ꝛ meseraicas latas: vtpl'imū sicce sunt egōnes ꝛ q̄-si aduste. ❡ 9ᵒ q̄buscūqꝫ venter fuerit ɔstipatꝰ ꝛ chimi crudi atqꝫ acuti inveniis eoꝶ multiplicant vtpl'im scabie vexant ꝛ imūdicijs cutis. ❡ Mul' ta alia pticularia ꝛ mala parant epaticis si eis citissime nō succurrat: vt sunt species scabiei im petigines serpigines pruritus gñalis ꝛ pticularꝭ formica ꝛ furfures ꝛ herisipile fe. corpis consum ptiue ethica ydropisis ꝛ silia ſm diuersitatē cō-pl'onis ꝛ durationis eius.

Curatio male cōpl'onis epaꝶ. Añ pti-cularē curā p̄mittēdi sūt aliq̄

cañ. in curatiõe epaticoꝝ. ¶ Prim⁹ sumit̃ a Ga. pri° amph. ꝯ°. 21°. Queciiq3 educere oportz. Si in epate sunt chimi morboꝝ gñatiui quos pur gare necesse sit ꝯueniẽs locus erit stomach⁹ ⁊ in feriora meliora sũt cum egestionibus ꝙ̃ supio ra cũ vomitu. ¶ 2⁹ sumitur a Ga. in 3° meg. cõ plõ epatis sto° pati͛ corrũpit̃. chimus eniz a sto macho corrupto veniens corruptus est: ideo sto ma. ꝯ° ꝑcorrigẽda est si epar volum⁹ emẽdare. Hic habes ꝙ chilus in sto° ⁊ in intestinis inde bite coctus vel corrupt⁹ in epate corrigi nõ vale bit. ¶ 3⁹ sumit̃ ab Aui. in 14ᵃ. 3ᵃ. in sermõe vl̃ ⁊ ẽ Cõuenientior hora ad sumẽdũ in potu medici nas egritudinũ epaꝶ ẽ illa in qua tot⁹ chil⁹ q̇ ad ipsum ex sto° ⁊ intestinis penetrat ẽ iã digestus ⁊ expulsus ⁊ ẽ hora inter surrectionẽ a sõno ⁊ ho rã balneatiõis. Tũc eñ extuma venas epaꝶ ⁊ me seraicas fore euacuatas. Et iste ẽ bon⁹ cañ. ĩ ad ministratiõe digestioꝝ ⁊ apitiuoꝝ ⁊ ꝯfortatiuoꝝ mẽbroꝝ iterioꝝ. ¶ 4⁹ epar calidũ nõ est tantum infrĩdandũ ꝙ pacientẽ ad ydropisim ꝑducat. nec frm epar ẽ tatũ supcalefaciẽdũ ꝙ hoiez ꝑducat ad ethicã ⁊ arefactionẽ. Cõuenit g° scire ei⁹ natu ralẽ cõplõnẽ ⁊ calefaciẽdo vl̃ infrĩdando ĩ ipa sꝑ ꝑ manere. ¶ 5⁹ cañ. material̃ cã egritudinũ epatis in ꝯcauitate ei⁹ extñs facil⁹ ẽ ⁊ ꝯueniẽti⁹ cũ ven tris solõne educet̃. q̇ aũt in gibbositate ꝯtinet̃ re ctius cñ diureticꝭ ꝑ vrinã euacuat̃. ¶ 6⁹ trahitur formal̃r a Ga. meg. ꝑticula pᵃ. In epate võ vel ore stomachi nascẽᵃ apata cũ dissolutis ⁊ molli ficatiuis sine cõmixtione aliquoꝝ stipticoꝝ ⁊ cõ fortatiuoꝝ molestissimũ ẽ curare: solis eñ molli tiuis ⁊ apitiuis virt⁹ epatis ⁊ sto° deficit quibus defectꝭ alꝭ necessario perit vbi s. Aui. aũt in loco allegato ampliat istũ cañ. ad egritudies materi ales ⁊ apostemosas ⁊ oppilatiuas. ¶ 7⁹ subtilis sube ⁊ ꝑfecte ꝯtritiõis ⁊ puluerizatiõis oz ee̅ epa ticas medicias siue sint calẽ siue frĩe: vt ad ipsuz epar citi⁹ ⁊ ꝑfecti⁹ possint penetrare. ¶ 8⁹ ẽ Ga. meg. ꝑticula. iiᵃ. q̇si colũ°. 7°. Si epar aut sto̅ᵐ debilia volueris cũ stipticis confortare: misce cũ eis amara. naz amara stiptica faciunt penetrare vsꝗ ad corpis interiora ⁊ intelligit q̇ntũ ad epi thimata ⁊ q̇ntum ad medicinas ꝑ interi⁹ sum tas in se. vñ si vis vt stiptica corpis interiora pe netrent elige ea in quib⁹ aliqua est amaritudo. ¶ 9⁹ ẽ Aui. in fine c. iã alle. Oẽs quidã endiuie spẽs ꝓpter amare q̇ ad rubedinẽ declinãt cõferũt lesiõib⁹ epaꝶ. calefactꝭ q̇dã cũ sir° acetoso infrĩdaꝶ aut cũ melle ibidẽ. ¶ 10⁹ ẽ Aui. ibidẽ. Carnes li maciaꝝ lesionib⁹ epaꝶ ꝯferũt a tota ꝓꝑetate: ⁊ ex

isto notat̃ ꝙ ꝯsumpꝶ et epaꝶ calitate q̇ꝑl̃im sũt iuuatiue. ¶ 11⁹ epati discrasiato marie ex ca calã leuia cartatica sũt tribuẽda: q2 fortia carnes te neras cito debilitãt dissoluẽdo. ¶ Curatio ꝑti cularꝭ malaꝝ cõplõnũ epaꝶ. Pri° in cura male cõ plõnis epaꝶ ẽ nob triplex intẽtio. ¶ Priᵃ ẽ q̇ si ibi est maᵃ: ꝙ euacuet̃ cũ medicis infra noiatis. ¶ 2ᵃ ẽ alterare illã malã cõplõnẽ. ¶ 3ᵃ ẽ ꝯfortat re. ¶ Prima cõplet̃ cũ flõia ⁊ debitis purgatiõi bus. ¶ 2ᵃ cũ medicis ꝯrijs illi discrasie ⁊ causis ei⁹ obuiare. ¶ 3ᵃ cõplet̃ cũ aromaticꝭ calis vl̃ frĩs ꝫm discrasiã vl̃ etiã cũ stipticꝭ mixꝶ cũ alteratiib⁹ rebus sua q̇litate. nã sicut scriptũ ẽ in multꝭ locis vbi de passiõib⁹ sto° ꝑtractatũ ẽ: ꝙ in epaꝶ ⁊ sto° passionib⁹ in assũptis interi⁹: verũetiã in exteri⁹ applicaꝶ in cĩ ca. aromatica frĩa ⁊ stiptica ⁊ ĩ frĩa aromatica ⁊ stiptica cũ debẽt canonice ministrari q2 nõ solũ opz nos ꝓcedere ad cãe egritudinẽ su ciẽtis remotionẽ q̇nimo isistere debem⁹ imõ su ꝑradicto ad discrasie remotionẽ ⁊ alterationẽ ⁊ ꝯfortationẽ mẽbri lesi ꝓpter: si meᵐ est ꝑncipa le vel ei ꝓpinquũ vt hẽant oꝑationes exercere q̇ toti corpi videt̃ ee̅ necessaria: vt in sto° approbat ¶ In pmis g° ꝯsideret̃ si ibi ẽ maᵃ ca. vel sau. co lericus: ⁊ tunc fi flõia de epatica dextri brachij. Ista eñ vz ad expellendã materiã ⁊ alterãdum Si tamẽ ibi esset magna siccitas vel ariditas cũ caliditate frenũ colere nõ esset auferẽdũ. ¶ De inde fiat talis sir⁹ in mala calã epaꝶ qui valꝫ ad infrĩdandũ ⁊ ꝯfortãdũ ⁊ apiendũ q̇ apio ẽ necia in oib⁹ epatis egritudib⁹. vt dicit Serap. ⁊ q2 i endiuia oĩa ista repiunt̃ ℞. bañ. de ca. ℞. endiui ⁊ grecꝭ ⁊ hortolãe. añ. ℥. iiij. rostri porci lactu͛ por tulace acetose epatice sũmitatũ papaueris ⁊ sca riole añ. ℥. ij. ⁊ ß. floꝝ nenuf. ℥. j. ⁊ ß. ros. ru. ℥. j. 4 se. frigidorũ minoꝝ sanď. al. ⁊ muscaꝶ. berberis sumach spodij añ. ʒ. ij. absin. ʒ. iij. ꝑuini malorus granatoꝝ aceti al. añ. ℥. ij. panis zuc. lb. j. ⁊ ß. fiat sirupus clarificatus. detur cum aqua prisane cũ qua sint cocta duo pira diuisa in frustis cũ suis pizomatib⁹. ¶ Iste sir⁹ refrigerat epar ⁊ ꝯfortat ⁊ vz i terciana. ⁊ vz oxizacᵃ ⁊ sir⁹ acetos⁹ ⁊ viol. ⁊ sir⁹ de ribes dũ° in clarificatiõe ponant̃ rose spo diũ ⁊ sanď. Et vz sir⁹ de aq̇ cucurbite posite co cte in furno cũ zuc. Et si maᵃ colicavi superabũ dare purget̃ cũ hac decoctiõe ℞ floꝝ boraginis ⁊ buglosse viol. se. endi. passulaꝝ cum toto. añ. ℥. ß. cassief. mũdate. ʒ. iij. tamarind. ʒ. v. reubar. ele cti. ʒ. ß. fiat potus detur in aurora. ¶ In tama rindis est proprietas in materijs calis epatis: quia purgant; ⁊ cum sua frigiditate refrigerant.

¶ Fiat etiā tale elec^m ꝯfortatiuū ℞.pul.triasā. ʒ.iiij.pul.diadragā^t fri pul.rosate nouelle. añ.ʒ. ij.spodij.ʒ.j.berberis.ʒ.ß.spice.℈.j.ꝯserue rob.℥. j.zuc.panis q̄rt.iij.fiat elec^m ad modū zuc.rosate.q: magis vʒ ꝙ si zuc^m caperet aliq̄d de calitate ignis in infusiōe. ¶ Si p supradicta nō pfecte infrigidet fiat tale epithima ℞.aq̄ end. aq̄ rob.aq̄ acetos. añ quart.j.rob.berber. sumach sand. al. ꝛ ru.ꝛ muscat.4.se.fro. minor.añ.ʒ.j.ꝛ ß.misceant ꝛ fiat epithima addēdo aceti al.℥.ij. Portulaca pistet ꝛ cum eo epar emplastret ꝛ vʒ. pñt etiam fieri empla. ẜm Serap.de succo herbarū frigidarū ꝛ de succo pampinor. vitis ꝛ istis frigidis ẜm ipm debet misceri foliū ꝛ spica ꝛ mastix.ꝛ vʒ oleū de citonijs ꝛ oleū mirtinū ꝛ silia odorifera ad ꝯfortandū cum supioribus fris cōmixta. Ista enī ẜm Ras.ad Almansorem debēt poni actu fria supra regionē epar. post purgationē materie:q: al's illa ma^a p antipistasim ꝯfortaretur ꝛ augmentaret:ꝛ cū incipiāt calefieri remoueant ꝛ alia supponant. ¶ Hic tn̄ est intelligendū ꝙ ista epithimata tal'r regulāda sunt ꝙ pectus nō infrietur ꝛ sequat tuss. vt ego vidi frequēter.valēt ēt trocisci d berber. d cāphor^a ꝛ spo^a ꝛ siles ꝛ si fuerit tuss misceat diadragagā^m frm ꝛ diapenidion sine spēbus. ¶ Uel f. tales trocisci quos scripsit Haly in isto casu ℞.gūmi ara. ꝛ dragagan^t ami^t ana.ʒ.j.succi liquir.ʒ.j. ꝛ ß.f. trocisci ꝛ dentur cum sir^o nenuf.vel viol. vl'rob. Uel fiant isti trocisci ex descriptiōe Haly qui valent ad dolorem epatis factū a calore ꝛ ad malam calam eius ℞.rob.ru.ʒ.v.se.cucumeris citrulli ꝛ cucur^c.añ.ʒ.iij.lacce munda^c se.portulac. añ.ʒ.4.cuscute.ʒ.iij.sand.al. ꝛ spodij iuiube cortice reub.se.feni^t.añ.ʒ.ij.ꝛ ß.f. trocisci ꝛ sumantur cū aq̄ end. al's cum aqua iuiube. ꝛ si fuerit tuss addatur liquir.ꝛ succi eius gūmi ara^t ꝛ dragagā^t amidi añ.ʒ.j.ꝛ ß.pass cum toto.ʒ.iij. Et si ibi fuerit oppilatio addat apiū:q: aperit oppilationes ex quacūq; partiū siue sint in gibbo siue in sima.sicut dicit Aui. ¶ Et in isto casu vbi est oppilatio f. sic ℞.succi end.succi solat^t succi alkekengi añ.℥.ij.succi coriādri hūidi succi feni^t añ.℥.j.ꝛ ß.croci.ʒ.ß.detur in potu.q: ẜm Auicē. aperit refrigerat ꝛ cōfortat. Itē rob de citonijs stomachū confortat ꝛ viscera ꝛ epar vt pōit Hebe^e. Et rob de piris idem operatur. ¶ Scd'o valent trocisci de berber.:quor. hec est pmixtio ẜm Rasim.9°.Almans.℞.succi berberis vel se.ei^9 si nō habes succū.ʒ.io.scariole ꝛ citrulli ꝛ portulace añ.ʒ.iij.rob.ru.ʒ.ij,reubar.ʒ.j.fiant trocisci; det aureus vnus cum sir^o acetoso facto cum zuccaro vel cum succo granator. ¶ Tertio duo aurei speragorum cum zuccaro in aqua fria sumpti cōferunt in mala cala epatis. ¶ Quarto cucurbita viridis ponatur in furno calido post panis extractionē.Extrahat cucu. ꝛ in fundo fiat foramen ꝛ extrahat aqua ꝛ illa aqua cōmixta cū aqua end.ꝛ zuc^o fiat sir^9 vel ex ipa sola.Quinto vʒ vinū granator. ¶ Sexto valet lac vaccinuʒ a quo extractū est butirū. ¶ Septimo vsus end. sole vel mixte cū ataraxacon qd' est scariola ꝛ lactuca cum aceto limphato valet multum in mala ca.epatis.

Dieta in mala coplone calida epatis aut ibi est fe.aut nō:si ibi est fe.regat vt febricitans cum auenato ꝛ ordeato ꝛ aq̄ ordei ꝛ non bibat vinū nisi multū sit limphatum. Comedat olera ex lactucis ꝛ portulac. ꝛ agresta ꝛ frustis cucur^c.ꝛ nutriatur pullis paruis cum agresta ꝛ sil'ibus.ꝛ comedat lac amigd.coctum ꝛ in nullo casu competūt electuaria siue ꝯfectiones cum melle facte nec cibaria cum speciebus condita.Si v'o fe.nō affuerit ꝛ ille calor sentiat ꝛ fortis adest sitis:ꝛ aliquod vestigium scabiei sicce cum proritu. Pro cibis damus lactucaʒ et endiuiā simul mixtas cum aceto limphato.ꝛ damus pullos gallinar. ꝛ perdices maxime iuuenes ꝛ aues paruas bullitas cum agresta ꝛ pro mutone.Et damus simil'r.ordeatū ꝛ auenatū et capretum ꝛ vitulū ꝛ extremitates cor. cū aceto ꝛ succo limonū ꝛ citrangulor.Et concedamus eis stōs ꝛ extremitates auiū morantiū in aquis vt ponit Aui.ꝛ iubemus eos vti limacijs p'uis in capsulis exētibus quibus libenter interdum vescant cathalani:ꝛ cōcedimus pisces squamosos de aquis mūdis cuʒ petro. ꝛ aceto.ꝛ de herbis sumant end.spinarg.lactucas portulacā coriand.scariol.cum paruo petro.ꝛ feni^t ꝛ apium ꝛ de fructibus sumāt interdū cucu.melo.ꝛ amig. ꝛ persica ad reprimēduʒ calorē ꝛ pira ꝛ cocta^a ꝛ poma odorifera ꝛ torna ꝛ fraga ꝛ fructus in q'bus est aromacitas ꝛ passul. cuʒ arist.de fructibus tn̄ parū comedāt pp'ter oppilationē quam timemus.Caueant a cibis ꝛ herbis calis.vt sūt cepe allia por^9 ꝛ sil'a.Caueāt a pane azi^o ꝛ carnib^9 grossis ꝛ caseo lacticinijs p'ter lac vaccinuʒ acetosum a quo extractū est butirū ꝛ nō sumat aim^m nec risuʒ.Et qualitercūq; sit indigō ꝛ oppilatio euitet. ¶ Mala autē frigida epatis cōplexio sic curat. ¶ Primo ꝯsidera si ibi est ma^a frigida ꝛ illa post digestionem expellatur, ytat

ergo in p̄mis ad digerēdū ⁊ ꝯfortandū sir⁹ de
absin⁹ vel ſ etiā sirup⁹ quē ponit Auicēna in ma
iori pte qui digerit malā frām in epate ⁊ ipsa ca
lef ⁊ ei⁹ oppilatiōes apit ⁊ ipsuꝫ ꝯfortat. ⁊c. ℞.
mediani corticis radiꝗ apij fe¹ per⁹. añ. ʒ. j. eu-
patorij ab sin¹ costi dulꝗ. ⁊ amari arist. longꝰ ⁊ ro
tū. añ. ʒ. ß. se. apij ⁊ fen¹. mastiꝗ añ. ʒ. ij. lacce ca
lami aro^ci squināti. añ. ʒ. iij. spice¹ rof. ru. añ. ʒ. j. ⁊
ß. coquātur in aq̄ ⁊ addanꝫ mell' ⁊ zucc¹. añ. lb. j.
ſ sir⁹. ¶ Ego vō p pauperib⁹ facio sic. ℞. cortiꝗ
tamarisci rad apij ⁊ fen¹ ⁊ per⁹ granis. añ. ʒ. j.
saluie mēte yso¹ zinzibrij cicoree costi dulꝗ abro-
tani absin¹ scolopēdrie endi. agrimonie añ. ʒ.
ß. vini al. vel clari lotū vnū aq̄ fonꝫ lotū ß. mell'
despumati. lb. ij. ⁊ ß. ⁊ addaꝫ se. per⁹. anisi mara-
tri. añ. ℥. j. coquātur lento igne ad ꝯsumptionē
tertie partis. Et patiens q̄ est debilis in ascen-
dendo gdus discolorat⁹. ⁊ vrina ei⁹ est subtilis ⁊
aq̄sa ⁊ nō pōt opari nec ascēdere a basso in altū.
imo vi ei ꝙ tibie deficiant. etiā q̄ hn̄t malchiron
vtantur isto potu nam aperit ⁊ calefacit sto^m ⁊
epar ⁊ splenē. Ego frequēter vsus fui eo in op-
pilatione ⁊ mala cōplōne istorum mēbrorum ⁊
nihil melius hoc medicamīe potui inuenire. ⁊ dꝫ
reiterari quater aut q̄nq̄es ⁊ sine dubio facꝫ pau
perem vigorē recupare vt panē suū lucretur. ⁊ si
habuerit aliquos denarios aliq̄d de squinanto
folio ⁊ ameos ⁊ siseleos ⁊ de spica¹ dicto potui
supadiungaꝫ ⁊ erit opus pfecti⁹. ¶ Post dige
stionem materie si aliq̄ ibi fuerit purgeꝫ sic. ℞.
polipodij q̄rc passb. cū toto. añ. ℥. j. florū viol. ⁊
boragis ⁊ buglosse rof. rub. anisi carui añ. ʒ. j.
spice¹. ʒ. ß. ſ decoctio in qua dissoluaꝫ corticum
mirab. keb. ℥. j. tēporentur per sex horas. ⁊ post
fortem fricationē colenꝫ ⁊ ministrentur. Et si nō
est satis laxatiuum addanꝫ diacartami. ʒ. iij. aut
iiij. Uel purgeꝫ cum his pill'. ℞. cortiꝗ mirab.
keb. ʒ. ij. agarici turbith. añ. ʒ. j. mastiꝗ rof ru. lac
ce ablute, añ. ʒ. ß. aloes. ℥. ß. ziziberis. reubar. añ.
℈. j. absin¹. ʒ. j. succi absin¹ q̄d suf. ſ massa ⁊ denꝫ
ʒ. ij. vel magis vl' minus ſm valitudinem egro-
tantis. Iste pille laxant ⁊ cū hoc ꝯfortant. Pur
gata materia altereꝫ cōplō fria sumēdo electu^a
cali. pulueres ⁊ silia appropata: vt est aromati-
cum nardinuꝫ hebe^c ⁊ dialacca ⁊ diacucuma ⁊
aromaticū rosatū ⁊ silia diaspinatū. vꝫ ēt zinzi^r
cōditum cū aqua decoctionis radiꝗ ⁊ seminuꝫ
apitiuoꝝ quā ponit Rab. Et valet diareubarba
ruꝫ dianisuꝫ diagalangl ⁊ sil'ia. Et denꝫ trocisci
rof. ⁊ pul'. dci in. 4⁰. c. 4¹. li⁹. in cura male cōplō
nis fride stomachi. ¶ Denꝫ etiā trocisci de reu-
barbaro quorum hec est recepta. ℞. spice¹ succi
eupatorij vl' agrimōie. succi absin¹. se. fen¹. anisi
añ. ʒ. ij. reubarbari. ʒ. x. ſ trocisci pōderātes aure
um vnū. deꝫ. j. oi mane cū aq̄ distillata vl' deco-
ctiōis mēte ⁊ absin¹. ¶ Supra regionē vō epaꝫ
ſ vnctiōes cū oleis calidis ꝯfortatiuis: vt ē nar
dinū camo^m anetinū q̄b⁹ misceaꝫ aliq̄d de oleo
rof. Epithimata ⁊ emplā calā epati apponanꝫ
vt sic. ℞. radiꝗ yreos. ℥. j. mastiꝗ mellilotī. carda
mo¹ amomi costi dulꝗ spice¹ ⁊ celti. folij eupato¹
absin¹ sq̄na¹ añ. ʒ. j. herb. epatice saluie rof. rube.
añ. ʒ. j. ⁊ ß. olei nardi¹ ⁊ aneti. ⁊ rof. añ. q̄ suf. ſ
ēplin ⁊ calin sup epar ponaꝫ. In isto ē calefac⁹
⁊ ꝯforta⁹ in q̄bus frm epar delectaꝫ. potest aūt
addi armoni^m ⁊ terebentina cera ⁊ lansucus.
¶ Uel pōt fieri tale emplin. ℞. spice¹. ⁊ celtice
rof. ru. squināti. cipi calami aromatici. añ. ʒ. j. ⁊
ß. myrrhe. ℥. ß. mastiꝗ. ʒ. iij. myrrha dissoluaꝫ in
succo absin¹ ⁊ alia puluerizata addanꝫ ⁊ ſ ēplꝫ
⁊ supra regionē epaꝫ calin apponaꝫ. ¶ Et si per
ista nō emēdaꝫ denꝫ trocisci de lacca que fiūt sic
℞ lacce reub. añ. ʒ. iij. spice se. apij ameos masti
cis squinanti se. iunipi. amigd. ama. costi amari
rubee maioris succi eupato¹ azari arist. rot. gen
tiane añ. ʒ. j. ⁊ ß. ifor̄menꝫ trocisci ad pōd⁹. ʒ. j. ⁊
deꝫ vn⁹ cuꝫ apozimate de radicib⁹ apitiuis. in q̄
ꝯcordāt Rab Haly ⁊ Auicē. Cui⁹ hec ē pmixtio
℞. mediāi cortiꝗ radiꝗ fen¹ ⁊ apij. añ. ℥. ß. spice¹.
ameos eupato¹ absin¹ poli montani calami aro-
matici squināti reubarbari costi. añ. ʒ. iiij. radiꝗ
rubee maioris. ℥. ij. coquātur in. iij. lb. aq̄ vsq̄ ad
ꝯsumptionē medietaꝫ. ⁊ deꝫ vn⁹ gobolet⁹ puuo
cū vno de trociſꝗ supradicꝫ in aurora post dige
stionē p̄mā ⁊ scdam. ⁊ sine dubio valēt multū ⁊
apiunt oppilatiōes epaꝫ ⁊ splenis ⁊ calefaciūt
mēbra p̄me ⁊ secūde digestionis.

Dieta in mala cōplōne fria epaꝫ: conue
dat cibaria facilis digōnis. vt sūt
pdices pulli gallinaꝝ aues pue ⁊ captū lactans
⁊ vitul⁹ colūbi turtures ⁊ vētres anseri bū cocti.
⁊ ista penꝫ cū spēb⁹ odoriferi: ⁊ vtaꝫ per⁹. ⁊ fen⁹
⁊ ysopo ⁊ abrota⁹ saluia ⁊ basilicōe ⁊ saturegia
⁊ pillo costo dulci ⁊ origano ⁊ calamēto. ⁊ spēs
sint dorsi^m vtraq̄ galāga vtraq̄ spica cinamo^m
grossuꝫ. ziziber. garioꝫ squināti ciminū: aneti.
Et vtaꝫ bono pane fermētato ⁊ bibat vi^m bonū
maturū claretū vel albū odoriferum. In tali tn̄
quātitate ꝙ digestio non minuatur. Uitabit vi
na grossa aquā puram ⁊ ticerā ⁊ panē azimum
⁊ q̄cq̄d ſ de pasta azima. vitabit oēs fruct⁹ viri-
des seu recētes ⁊ oia legumina brodiū tn̄ cice-

fuscorum alis decutorum et lenticularum cum menta et petro. et spica. et galangal paratum est eis utile. fda tamen dictorum leguminum postponendo utatur etiam amigdo. dulcibus et amaris et passis. cum toto. quia confortant et impinguant epar. utatur fisticis et limacijs iuuenibus cum feniculo petris et petro. nam isti fructus et limacie multum valent in utraque ca. ut ponunt autores. non comedat lacticinia nec carnes grossas nec cibaria oppilatiua: sed semper ad deoppilandum oportet esse consideratio. Et dicit Serap. quod isti comode a piscibus et fructibus omnibus siue fris et humidis debent abstinere.

Cura male complexionis humide epatis. ista autem quando magnificatur et superfluit producit ad ydropisim carnosam. Et ideo ut dicit Haly oportet curari ut ydropisis yposarcha. utatur ergo rebus desiccatiuis et attenuatiuis. Et ideo multum valent trocisci de lacca qui habent proprietatem desiccandi et demacerandi superfluas humiditates. et ideo macrescere faciunt pingues: et cum hoc habent proprietatem confortandi epar et aperiunt oppilationes eius. Et multum valet sir. de absinthio per descriptionem mesue: utatur bonis cibis bone digestionis in parua quantitate. qui quidem ut plurimum sint cocti in veru vel in craticula. Et omnes pisces et fructus humidos repudiabit et offas et nimium potum. Fiant empla. ex rebus desiccantibus sine excessu caloris et frigiditatis et recurre ad ydropicam yposarcham. ¶ Mala autem sicca complexio epatis si per multum durauerit tempus ducit ad marasmonem et corporis desiccationem. ideo oportet uti rebus humectantibus ex cibis et potibus et medicis congruis sine superflua caliditate et frigiditate. Et breuiter si ista mala sicca epatis fuerit cum caliditate curetur sicut curatur fe. ethica. et si iungatur cum frigiditate curetur sicut curatur ethica senectutis cum humectantibus. et curetur sicut mala complexio sicca stomachi ut dictum est in 4°. li°. et si sit fria et sicca curetur cum calefacientibus et humectantibus. et si frigida et humida curetur ut yposarcha. et si calida et humida curetur cum infrigidantibus et desiccantibus tam in cibis quam in potibus quam in medicis et sic de alijs. ¶ Duo tamen in istis mutationibus debent obseruari iuxta generalem canonem obseruationum. Primum est quod cum alterantibus miscenda sunt aliqua stiptica et odorifera epar confortantia et aromatizantia. Secundum est quod in permutando ne excedamus methas ne in contrarium incidamus discrasiam illius quam permutare volebamus et non verificetur versus. Incidit in syrtim cupiens vitare caribdim. et ultra hoc secundum combinationem istarum dictarum malarum complexionum fiat combinatio medicinarum dictarum in simplicibus complexionibus.

Declaratio in mala epatis complexione. Primo sciendum secundum sententiam Ga. 4. de iuuamentis membrorum c. p° in principio et eodem 4°. c. 3°. quasi colum° 3° in illo loco quod dicit. Et iam declarauimus quod impossibile est et cetera. dicit ibi quod impossibile est quod aliqua res conuertatur ad contrariam dispositionem dispositioni in qua prius erat nisi prius transeat per dispositiones medias. Sed quia intentio nature est de chilo facere sang. mediante complexione et substantia epatis: hoc non potest fieri subito. ideo in venis meseraicis est aliqua virtus generatiua sang. et iste vene gratia illius virtutis alterant id quod descendit ad eas cibo digesto in stomacho et in intestinis. Verba sunt precise Ga. in loco pal. legato. Et isto modo patet quod in transitu chili a stomacho et intestinis ad epar mediantibus meseraicis quod in eis recipit aliquam preparationem: ut ex eo sang. citius efficiatur. Unde dicit quod sicut nutriens in masticatione aliquam suscipit preparationem digestionis: ita chilus in transeundo per meseraicas aliquod principium digestionis et preparationem suscipit: ut a virtute epatis facilius conuertatur. ¶ Secundo notandum quod quamuis sit dictum in signis male complexionis calide quod egestio est sicca et adusta: et hoc verum est ut plurimum. verumtamen aliquando ista mala cala in tantum augmentatur quod augmentat san. et humores et carnositatem epatis. et tunc ista expelluntur cum egestione. quia iecoris sunt nutritioni: et tunc egestio redditur humida quando epar incipit adurere sang. tunc egestio est sicut fex vini. ¶ Tertio notandum quod secundum Aui. quando in epate est adustio seu apa aut dubelati que sunt apata magna et postea cum egestione egreditur aliquid noces sanguineum grossum tunc illud est carnositas epatis iam putrefacta. vide quomodo epar potest emitti cum egestione quod est durum audire ratione subtilitatis et strictionis venarum meseraicarum. Sed multa secreta sunt nobis occultissima que vere sunt in propatulo manifesta deo: hoc tamen fuit pertractatum in declaratione fluxus ventris declaratione. i. 7. ¶ 4° sciendum quod licet dictum est in signis quod quando adest mala fria in epate augmentatur appetitus cibi: tamen quando illa friitas est confirmata et consecuta est finem suum tunc appetitus destruitur quia omnis mala complexio fria mortificatiua destruit appetitiuam virtutem sic dicit Aui. in loco pal. ¶ 5° secundum Arnol. in suis apho. est sciendum quod in quibus epar est calidum et stomachus frigidus: necessarium est venas eorum crudis et flatibus abundare chimis precipue si copiose reficiatur. nam cruditas chili per actionem epatis corrigi non potest. ¶ 6° non est ignorandum quod quamuis intentio aliquorum sit quod in illa mala complexione epatis empla alterantia debent supponi actu ca. vel saltem tepida timendo de oppilatione et clausione pororum et calore fortificatione propter retentionem frorum vaporum: tamen contrarium dicit Ras. 9° almansoris in c. de dolore epatis. dicit enim quod empla que ponuntur super epar quando tepescere cepit remoueantur et alia supponantur. et in ca. fria poni debent

actu cal'a. ¶ Cōtra p Ga. iз. de inge. sanitat̄. c. vj. vbi docet ponere empl'a actu cal'a sup apāte epatis calido: que ponunt̄ ad repcutiendū ma- teriā. Dico q̄ Ga. loquit̄ ibi de apāte in declina tione. nā si in apāte actu fria apponerent̄ iā ma teria ingrossaret̄ ꝛ forte lapidificaret̄ ꝛ nō pos- set resolui. nos vō loquimur h̄ de mala cōpl'one sola sine apāte ꝛ post flōiam ꝛ purgationē me^e: ꝛ tunc sufficit sola alterat⁰. ꝛ ista empl'a alterā^a fria debēt poni sto⁰ ieiuno exn̄te f̄m Haly in 2ª pte regal' dispōnis li. 7⁰. Dз etiā poni post eua- cuationē ma^e añtis ꝛ plenitudinē faciētis ꝛ nō añ: vt docet G⁹. 3⁰ reg^l. cañ. 16. ibi. Si ḡ totū cor pus fuerit plectoricū. ¶ 7⁰ notandū q̄ ex occa- sione epatis f̄ aliqñ fluxus san. ꝛ vn⁹ est rube⁹ ꝛ pur⁹: ꝛ iste venit ex aptiōe alicui⁹ vene eius. Ali⁹ est sic lotura carnis recētis: ꝛ iste fit a debili di- gestiua ei⁹. q: nō pōt ip̄m chilū in san. trāsmuta re. nec vtus segregatiua seu expulsiua pōt ab eo aquositatē expellere vel segregare. Ali⁹ est niger grossus putrefactus: ꝛ iste venit ppter solonem ɔtinuitat̄ in eo factā: q̄ si pua ē curari pōt. si ma- ga nequaq̄. qm̄ nobile me^m ꝛ pncipale. ¶ 8⁰ cū Bern̄. de gordo⁰ querit̄. que ɔ⁰ est deterior in epate aut mala cal'a. aut mala fria: posito q̄ eq̄li ter distēt a debita ꝛ nāli cōpl'one epat̄: Si q̄ ad solā malā cōpl'onē dico q̄ ceteris parib⁹ sunt eq̄ lis malicie. q: tp̄s infrīatiōis ꝛ calefactiōis ēvnū vt dicit Aui. in 4^a p^l. c. 2. ꝛ Ga. 7⁰. de ing⁰ sani tatis. ꝛ stat in rōne. q: sunt extrema ɔ̄ria. Si aūt loq̄mur q̄ntū ad subam densam vel rarā epatis dī q̄ in suba rara epatis cal'itas est deterior: q̄a cali est rarificare. ꝛ sic suba epatis magis rarifi- cat̄ ꝛ dissipat̄. Sed fria cōpl'o in isto casu est mi nus mala: q: nō rarificat nec dissipat ip̄e epar sic cal'itas verūm q: cal'itas est amica nature ꝛ fri- giditas ɔ̄ria nobis me^a vicia mag̃ ledūt̄ a fris q̄ a cal'is. ipi epati exhibitis vl' applicat̄. q̄ autē mala ca. vel mala frida si eq̄liter recedant a tpa- mēto sint eq̄lis malicie: p3. q: ibi tarde curat̄ de mala ca. sicut de fri. dūmō sint ɔ̄firmata: sed fri. magis nocet q̄ sicca. q: vna ē actia ꝛ alia passiua Etiā q: fri. corrūpit digestiuā: ex q̄ sequit̄ abla- tio nutrimēti toti corpi. ¶ 9⁰ sciēdū: q̄ qñ i epa te est puus lapsus accidētalis: tūc indigem⁹ mo dica me^a ꝛ q̄ntū ad gradū ꝛ q̄ntū ad pōdus. Et h̄ est qñ egō est filis cōpl'oni epat̄. Sз qñ lapsus accidētalis ipius epatis est magn⁹: h̄ est qñ egri tudo est ɔ̄ complonē naturalē q̄ est a pcreatiōe tūc indigem⁹ forti me^a in q̄ntitate ꝛ in gradu. q: tūc maior est distā^a a naturali cōpl'one. Exē^m

si q̄s hēat epar calm naturalr a pn⁰ sue ḡnatōis ꝛ incurrat accidētalē cal'itatē tūc minor me^a fria in q̄ntat^e ꝛ in ḡdu sufficit: q̄ si epar eēt frē cōpl'o nis naturalr ꝛ supcalefieret. Sз si aliq̄s hēt ex ca. accidētalr ꝛ nō nāliter: tūc debem⁹ eleuare me dicinā tot ḡdibus q̄t gradib⁹ mala cōpl'o accidē talis eleuat̄. Et hec est intētio Ga. in. 3⁰ reg^l ibi. Si. io. quidē nūeris ꝛc. Et hec doctrina est mul tū ḡnalis in scia medicine.

¶ Capl'm. 3. de debilitate epat̄ siue de epaticis.

Uāuis f̄m q̄ dicit frater Jobānne. in pso
q dia. ois q̄ i epate patit̄ possit dici epa ticus: tñ f̄m qd dic̄ Aui. in 14. 3^l reia. 2. c. j. epaticus est ille in cui⁹ opatiōibus epatis est debilitas absq̄ re manifesta aut apāte sup- ple puo aut dubelati. i. apātib⁹ magnis. Et ppt hoc Aui. ꝛ Serap. ꝛ multi alij fecerūt vnū capl'з de debilitate epatis.

Cause debilitat̄ epat̄. Dic̄ Aui. q̄ ista de- bilitas epat̄ libēter sequit̄ egritu- dines eius vt sūt mala cōpl'o ca. aut fri. ꝛ opplō nes ꝛ apāta ꝛ aliē egritudines que in suo suba ɔ̄tinent̄. Sed illud qd nūc intēdim⁹ mag̃ est ma la cōpl'o simplex sine ma^a. cui⁹ pn^m est duobus modis. vel q: ip̄m epar est pn^m ipi⁹ male cōpl'o- nis: vel ab alijs mēbris aliq̄ cā ei cōicat̄ ex q̄ ma la cōpl'o ꝛ debilitas manifeste in eo ḡnantur. ¶ Et pn^m mēbrorū in isto nūero pōt eē sto^s. nā debilitas digestiue sto^i ꝛ intestinorū q̄ mittit chi lū impfecte digm̄ ad epar: sic freq̄nt̄ accidit gu losis ꝛ ebrietatē ɔtinuātib⁹ ꝛ potatiōes in lecto de nocte. Et h̄ etiā accidit aliqñ effrenat̄ ɔualē scētibus habenas sui oris in cibo ꝛ potu sapien ter nequeūt moderari. ¶ Scōm mebrū pōt esse fel. q: nō bene mūdat san. a colera. ¶ 3^m pōt eē splen. q: nō bene mundificat epar a supfluitate mlica. ¶ 4^m pōt esse renes ꝛ opplōnes corꝫ q̄ nō mūdificāt epar pfecte ab aq̄sitate san. ¶ 5^m pōt eē matrix. nā ppt̄ nimiā fluxū mēstruorꝫ nō solū vtus epat̄: verūetiā toti⁹ corpis vtutes debilitāt̄. qd etiā oi sanguico ꝛ alteri fluxui sup fluo est annexū. qñ etiā mēstrua retinent̄ vel ē mōrroy. san. epa. ɔsumit̄ al's corrūpit̄. ꝛ sic in eo sequit̄ mala cōpl'o ꝛ incōmoda debilitas. ¶ 6^m pōt eē mesaice ꝛ opplō venarꝫ mesaicarꝫ ꝛ vena rū p quas transit san. ad nutriendum intestina. Et h̄ freq̄nter cōtingit in colica ꝛ yliaca passiōe. Oīa ista pn̄t introducere malā i epate cōpl'onē ꝛ p ɔ̄ns debilitatē. Et scias q̄ epar sic ē ꝛ alia mē bra quattuor hз nāles vtutes. s. attractiuā: retē

nā: digestiuā τ expulsiuā: qui oēs simul pñt debilitari vel vna earū sola: vł due vł tres. Silr in co pōt introduci aliqua de malis cōplonibus q̄ iaʒ in.c. qd iā ante istud est fuerūt enumerate: q̄dlibet tñ istoꝝ p sua signa poterit denoīari.

Signa debilitatis epaṫ. ¶ Ut iam p̄fatū ē epar ī sua vtute τ mēbroꝝ vicinātiū hʒ san. gñare. Cū g̃ epar sanū τ bñ cōplexionatū extiterit bonū τ clarū τ lucidū sang. in corpe gñabit. ipm quoqʒ corpus τ faciē bono suffultiet colore τ fm indiuiduū cōplonē τ ei⁹ cutis depressitatē vel raritatē. Et ecōuerso. si epar debilis fuerit malū san. generabit. malus vo sanguis vel aquosus malū in facie τ in corpore gñabit colorē. Vn̄ Ga. aucte ypo. Color inq̄t corporis dn̄antiā humoꝝ oñdit nisi in pfunditate corporis occubuerit. pmo amph. commento .2. ibi In pturbationib⁹ ventris τ vomitib⁹ τc. Et ille cuius color bon⁹ est signat q ei⁹ epar nihil hʒ mali: sicut dic̄ Aui. Epatici vt plurimū colorē hñt ad citrinitatē decliuē. Et qñqʒ colorē hñt viridē sicut fistici. Et pp̄ter hoc dicebat Aui. q medic⁹ expert⁹ cognoscit epaticū τ stomaticū p colorem τ nō indiget aliquo alio signo. Si ergo fuerit debilitas in epate pp aliquā malā cōplonē simplicē vel cōpositā: iā de eis dictū est in .c. qd ē ante istud. Nā calā adurit hūores: τ facit ad fe. declinare facilr. Et siccitas scabiē τ pruritū in corpe gñat. fria vo hūores grossos gñabit τ inducit oppilationes τ pigriciā. Illi vtiqʒ hūores nō faciliter p corpus mouebunt: s potius ab eis frigide flatice egritudines in corpus adducunt. Sicca vo cōplo humores gñabit grossos τ paucos τ facit hoiem siccari: macrū τ sitibundū: discoloratū. qd ceteri cōe hētur. Humida vo epaṫ cōplo humores facit aquosos τ hoiem sputamine plenū pauce sitis pigrū τ turbidū. Et si ista debilitas τ discoloratio fuerit a cōitate sto¹ signaṫ q i stomacho repit dolor τ interdū duricies τ indigestio τ pōderositas vel forte aliqua de egritudinib⁹ sto¹ in quarto libro iā recitatis: sic ē nausea: vomit⁹ τ sīlia. Et si fuerit a cōitate intestinorū: in eis sentit inflatio vel rugit⁹ vel ventositas gurgulatio τ dolor. τ forte aliqua egritudo eis appropriata: vt ē colica yliaca τc. Et si fuerit a cōmunitate fell'. col'. adest sic icteric⁹ τ egestio ē alba vt plurim. Et si a cōitate splenis: color mag vertit ad nigredinē: τ cū h sentit maior dolor τ grauitas in ypocūdrio sinistro. τ maxime post motū τ exercitiū forte. Et signa q digestiua epatis sit debilitata sūt. q: san. q̄ transit ad mēª ē crud⁹ τ indigest⁹ τ male qualitaṫ a q̄ indigōne sequit interdū in oculis τ facie notabilis īflatio pº. secundo in pedib⁹ τ crurib⁹: τ sic parant ad cachechiā τ de pximo ad ydropisim: τ si flōthoment sanguis est aquosus τc.

Iudicia in debilitate epaṫ. epatici sic iudicant. epatic⁹ pn⁹ ē ad malum colorē τ ad debilitatē corporis toti⁹ τ pigriciā τ ad ydropisim cū cā est fria τ hūida, vel ad sinthesim qñ cā est calā p se vel cū sicci^e mixta. ¶ 2º si qs hʒ egōnem silem loture carnis recentis iudica ipm debilitatē epaṫ possidere in sua digestiā q: epar de chilo sanguinē nō valuit gñare: s ad itestina tanq̄ res īpfecte cocta τ despecta expellit a natura: τ inde flux⁹ vētris cābit lauatiuus. qui si diu durauerit τ calitas valuerit virulētus efficit. in posterū vo sicut fex rubei vini appebit. ¶ 3º si qs dolorē aut grauitatē ī dextro ypocūdrio sentierit in hora qua chil⁹ ad epar transit iudica ipm de pñti epaṫ habere debilitatē. ¶ 4º si qs egestionē albā habuerit τ lenē τ chilosam iudica ipm oppilationē meseraicarū vel debilitatem attractiue epatis possidere: τ debilitas corporis debilitatem epatis attractiue certificat: vt dicit Auicenna.

Cura debilitatis epatis. ¶ Primo p̄sidera si est pp̄ter aliquā de mal' cōplexionibus: τ curet sicut dictū ē in. ca. ante istud. Et si fuerit pp̄ter apata vel oppilatiōes: curet sicut ī suis ppijs dicet caplis. τ sic de alijs: intellige tamen q si humidū epar voluerimus desiccare vel epar siccum voluerim⁹ hūectare: illud facere debem⁹ cū rebus in quib⁹ fit siccitas aut hūiditas absqʒ magna calefactiōe τ absqʒ infrigidatione ¶ Si ergo debilitas epaṫ fit a frigore quod vt plurimū contigit: debem⁹ calefacere paulatine cuʒ medicinis in quib⁹ sit calefactio vt alteret τ fit ī eis pfortatio cum stipticitate τ aromaticitate vł vtroqʒ vt suba epatis confortet: q: tenera est nimiūqʒ dissolubilis: τ ne in eo putrefaº generet. τ in dictis medicinis sit aptio τ diurecitas. quia vene epatis sunt stricte vt in pmo. c. istius. 5. lib¹ discussum fuit: τ fit etiā i eis lenificatio pp̄t materiā i eo ptentā. τ autores meᶜ approbāt cassia lig. τ eupatoᵐ τ crocū τ costū τ medicinas aromaticas apitiuas: vt spica¹ τ celtica τ similia et malagñata musa τ passulas cū suis arill' bñ masticatas τ comestas. Et ego fui visus cum predictis agrimonia τ saluia domestica τ absinº τ bono vino. τ epate lupi desiccato vnū codear argēti plenū d pul. ei⁹ cū boº viº curat epaticos a tota

ꝓprietate si ꝯtinuet fiãt trocisci. ℞. azari arist. ro. agnicasti lacce spodij añ. ℥. iij. acori ameos reub. añ. ℥. ij. aloes cicotri loti. ℥. j. absin. ℥. iiij. se. enđ. se. acetoſ mara. añ. ℥. j. ꝛ ß. spice ꝛ celtice croci nuc musca. añ. ℥. ß. pulverizent oĩa ꝛ cum succo enđ. ꝛ agrimo. ſ trocisci põderantes. ℥. j. ꝛ detur omĩ die de mane vn distempat cũ vino decoctiõis agrimo. ꝛ saluie domest. Et sine du vȝ ad calefaciendũ ꝛ ꝯfortãdũ epar. Si tñ ibi adest siccitas pñt addi semina fria maiora ꝛ pasfule ꝛ succi herbaꝝ humidaꝝ cum caliditate. ꝛ in istis sic ꝯsideratur.

Declaratio trociscoꝝ imediate de scptoꝝ. ❡ Primo ibi ponit azarũ qđ est calim ꝛ siccũ in. 3° g. ꝛ est apitiuũ ꝛ dissoluit dolores intrinsecos ꝛ ꝯfert oppilatiõi epaẜ ꝛ duriciei ip̃ius. ꝛ ꝯfert ictericie ꝛ hydropisi. ❡ 2° ponit agnuscast ca. in p°. siccus in scđo apit opplões epaẜ ꝛ splenis: cũ sit apitiu ꝛ iuuat valde ad duriciẽ eoꝝ ꝛ epar ꝯfert cũ sua põticita. ❡ 3°. ponit ibi arist. ro. q̃ est ca. vsq̃ ad 3m gra. sic. in scđo est apitiua ꝛ abstersiua et subtiliatiua. ❡ 4° ponit ibi lacca q̃ hȝ vtutẽ extenuatiuã fortẽ ꝛ confert ictericie ꝛ hydropisi. ❡ 5° ponit ibi spodiũ ad stipticandũ ꝛ ꝯfortãdũ epar. q: scptũ est. Gaudet epar spodio: mace cor: cere [?] q̃ musco. Pulmo liqri: splẽ cappare: stomachusq̃ galãga. ❡ 6° ponit ibi acorus qui ꝯfert dolori epatis ꝛ ꝯfortat ip̃m ꝛ est cal. ꝛ sic. in pn° 2 gra. ꝛ est subtiliatiu ꝛ apitiuus ꝓpt qđ etiã neruoꝝ capita apit. ꝛ vȝ in neruoꝝ passiõibus. ❡ 7° ponit ibi ameos qđ est ca. ꝛ sic. in 3° gra. ꝛ in eo est amaritu. ꝛ bon odor ꝑ q̃ epar et stom ꝯfortat qñ in fritatẽ sunt excedẽtes. ❡ 8°. ponit ibi reub. de q̃ tãta est fama in passiõibus epaẜ: ꝙ ꝯ ip̃m nihil audere ruminare. ❡ 9°. ponit ibi aloe ca. vsq̃ ad 3m g. sic. in p°. ꝛ q̃uis aperiat opplões epaẜ nõ ponit ibi nisi in pua qntitate: qm̃ ledit epar pcipue qñ nõ ẽ lotũ. ❡ 10°. ponit ibi absin cui fama in egritudibus epaẜ ꝛ sto vbiq̃ iãdudũ fuit diuulgata. ❡ 11°. ponit se. enđ. vȝ in egritudibus epaẜ ꝓpetate ꝛ qlita ꝯrijs sil. ꝛ ꝯfert etiã in apiendo opplões ꝓpter suã amaritudinẽ ꝛ ꝯfortãdo cũ sua stipticitate. ꝛ ꝯfert etiã egritudini fric epaẜ cũ sua ꝓpetate ꝛ cũ apitione ꝛ ꝯfortatiõe. etiã q: qñ cũ calidis miscet eius fritas refrenat. Has ꝓpetates ponit Aui. de enđ. in. 14a. 3a. in. c. de reb ꝯuenietibus epati. ❡ 12°. ponit marat ꝛ est ca. exñs in p° gra. puocat vrinã ꝛ apit opplões epaẜ ꝛ splenis stom calefacit: ꝛ pmã ꝛ scđam adiuuat digestiuã. ❡ 13° põit ibi se. aceto: q: ꝯfortat ꝛ cũ enđ. repmũt qlitatẽ aliaꝝ medicinaꝝ. ❡ 14°. ponit spice q̃ ca. est in p°. sic. ĩ scđo ꝛ ẽ aro. iõ me pmi me ꝛ scđe digestiue ꝯfortat etiã stom ꝛ intestinas meseraicas ꝛ epar cũ suis ptibus ꝛc. ꝛ hec est apitiua ꝛ resolutiua. ꝛ omẽs coꝝ apit opplones ꝛ digõnes iuuat ꝛ ea calefacit qsi idẽ est iudiciũ de celtica. ❡ 15° ponit ibi crocus cal. in scũdo: siccus in p° qui ꝯm albucrasim nõ alterat hu. imo ꝯseruat eos in eqlitate: ꝛ rectificat putrefactionẽ ꝛ est apitiuus cũ stipti ꝛ ꝯfortatione. ❡ 16°. ponit nux musc q̃ exñs ca. ꝛ sic. in fine 2. gra. ep ꝛ splenẽ ꝛ stom ꝯfortat. q: in ea aromaticitas ꝛ stipticitas reperiunt. ❡ 17° ponit agrimonia in q̃ caliṫas ꝛ aromaticitas stipticitas ꝛ aptio simul repiunt. ꝛ si audere loq adhuc ipsã magis exaltarẽ: cũ mihi in istis casib sit multum expta cõprobata ꝛ dilecta: sed habeas amicam. Et vȝ dialacca ꝛ sila. Valẽt etiã multũ isti trocisci q̃s Aui. multũ cõmẽdat: q̃ pñt fieri in opiata vel in trocisc. ℞. pasſ enucleataꝝ. ℥. xxv. croci. ℥. j. cala aroma. ℥. ij. bdellij. ℥. ij. cinamo. ℥. j. cassie lig. ℥. ß. myrrhe. ℥. iiij. terebẽtine lig aloes quod apud ip̃m vocat darsesaham. ℥. ij. mell. ℥. xv. vini qđ suf. ad coquendũ mel ꝛ oĩa incorpent ꝛ ſ ad modũ opiate. Et dic Aui. ꝙ h dixit d hac me ꝙ est cõposita ex medicinis ꝯuenietib cu suis ꝓpetatib epati. ❡ Declaratio isti me. ❡ Primo eni ponũt vue passe q: sunt amice sto ꝛ epati ꝛ renib ꝛ vesice. ꝛ ista amicitia est melior ꝓpetas q̃ aliqua me hĩe põt. q: gratãter ꝛ amicabilr mem medicinã sociã ꝛ amicã suscipit: ꝛ cũ ß in eis ẽ matura ꝛ equa humoꝝ: ꝛ ñ sunt leuit corruptibiles. ❡ 2°. ponit ibi crocus: q̃ est ca. in scđo. sic. in p°. Et iõ ꝓpter pmas qualitates ponit in hac me: ꝛ ponit ꝓpter scđas: q: est stipticus ꝛ maturatiu ꝛ resolutiuus ꝛ doloris mitigatiu: ꝛ putrefactioni resistẽs. ❡ 3° ponit ibi calam aromaticus ꝓpter pmas qlitates. quia ca. ꝛ sic. vsq̃ ad scđm gra. ꝛ ꝓpter scđas q: subtiliat: ꝛ cũ hoc ꙗ subtiliat ꝛ apit ꝛ ꝯfortat stipticando epar qđ est rare cõpõis ꝛ puocat vrinã qđ in passiõibus fris epatis nequãq̃ obliuiõi ẽ tradendũ. ❡ 4° ponit ibi bdelliũ ad deficcãdũ ꝛ ꝯfortandũ. q: nõ est paratũ putrefactiõi. ❡ 5° ponit ibi cinamomũ ꝓpter pmas qualitates: q: calefacit ꝛ deficcat: cũ sit ca. ꝛ sic. in 3° gradu. Ponit etiã ibi ꝓpter scđas q: est vltimũ in subtiliatiõe. Et dic Aui. ꝙ est apitiuũ. apit eni oppilatiões epatis ꝛ ꝯfortat ip̃m. Et ponit ibi ꝓpter tertias q: rectificat oẽs putrefactionẽ ꝛ oẽs

virtutē corruptā τ oēm saniositatē humoꝝ cor/ruptoꝝ:imo nō pmittit eos corrūpi sua ꝓpꝛieta/te.τ iō ponit̄ in medicis ꝯ epidimiā valētibus. ¶ Sexto ponit̄ ibi cassialigⁱ. q̄ est cal'a τ sic.in scdo gra.τ in ca est stipticitas τ resol'o τ acre⁹ τ aromaticitas cū q̄bus calefacit: resoluit: τ apit τ ꝯfortat τ aromatizat epar τ stom τ mēa iterio/ra.nā sm Aui.in.14a.3i.trac.2.c.2.de cura debilitatis epaꝝ.Cinamom.τ cassialigⁱ.sunt ꝯria putrefactioni τ rectificant cōplōnē τ expellūt cām que corrūpit hu.τ mundificāt virus seu hu.pa/ratos corruptioni.τ cū hoc resistūt medic morti fere τ venenose.verūtn̄ cinamomū mixtū forti⁹ est ꝙ cassialigⁱ.ꝑcipue cinamom alitiuū: vt dicit Algafagius.Et dicit Gal'.in libro de cibis ꝙ cinamom aromatizat stom.τ ꝯfert fritati ei⁹ τ frigiditati epaꝝ τ apit oppil'ones eoꝝ. ¶ Septimo ponit̄ spica.ꝑpter ꝑmas q̄litates videlꝫ q: cale/facit τ desiccat mēbra in q̄bus fritas τ hūiditas dn̄at̄.τ cū secūdis apit oppil'ones epaꝝ τ stoi.τ ꝯfortat ea.τ confert ictericie.τ ꝓhibet mās ad stom.τ intestina τ epar decurrere τ cōfert spleni. ¶ 8º.ponit̄ sq̄nātū ēt palea cameloꝝ nuncupat̄ ad cōfortandū cū sua stipticitate τ fragrātia. τ ꝯfert apatib⁹ stoi τ epaꝝ:cū sit calin τ stipticum. ¶ 9º.ponit̄ myrrha ca.τ sic.in 2º gra.multū est apitiua:τ resolutiua τ subtiliatiua absq̧ mordicatione quo multū īdiget suba epaꝝ cū sit tene/ra:imo myrrha hꝫ in se stipticitatē cū q̄ epar cōfortat:τ a corpe ex̄hit supfluitates crudas: τ re/sistit putrefactioni.intantū ꝙ corpa mortua cū myrrha ꝯseruant̄ a putrefactiōe.sic epar τ stom τ totū corp⁹ cū ei⁹ auxilio dei munē a corruptionis tēpestate liberant̄. q̄ de cā in pill'. depingit̄ Ras q̄ summe valēt ꝯ mortalitateꝫ. ¶ Decimo ponit̄ terebētina h.q: hꝫ in se parū stipticitaꝭ τ ꝯfortationis τ absterstionis.τ mūdificat epar a suis supfluitatib⁹.cetera alia ponunt̄ ad ꝯdimētum τ ꝯseruationē aliaꝝ medicinaꝝ.Et q̄n ad/est caliditas cū debilitate epa.debem⁹ miscē aromatica fria dcā in cardiaca τ miscem⁹ sanḋ.roſ τ spodiū.Et debem⁹ miscere iusq̄amū al. opiū. Nā ista repmūt cal'itatē:τ cū h ꝯfortāt epar. τvt dicit Aui.ꝙ ꝓpter h Philoniū iuuat hn̄tes caliditatē epaꝝ.q: q̄ supradicta media vt in magl cōposita est ex medicis aromatiq τ stiptiq. epar p ei⁹ ꝯfortat̄.Et q: partim est cōposita ex apitiuis ei⁹ vie apiunt̄.τ q: ex pte ex mūdificatiuis ipsuꝫ epar mūdificat̄.τ partim ex resistētib⁹ putrefa/ctioni τ corruptioī:epar τ ei⁹ hu.ꝯseruant̄ a corruptione.τ q: sunt vtplīmū cal'a ei⁹ mala. cōpl'o. fria remouet̄.Et si sit nimis ca.cū opio τ se. pa/pauer̄ refrenet̄.τ cū h alie mec nō omittūt suas opatiōes.Sed q: in stoo morā faciēdo alterant̄ τ ca lefaciūt ipsum stom ꝯfortāt τ aromatizant: τ ꝑparāt vt in ea bona digō celebret̄: τ vt chil⁹ bon⁹.τ pfecte digest⁹ in epate nō corrūpat̄ h ipe chil⁹ iā in stoo aromatizat⁹ aromatizet epar τ cōfortet. Ualet ēt in cā fria diāthos cum musco τ plir̄ cū musco τ dyarodon abbaꝭ τ aromaticuꝫ gariaꝭ. ¶ A pte vo exterioꝛi s̄ empl'z sic. ℞. absinthij.ʒ.ij.spicei.ʒ.ij. nuḋ cipsi cipi. roſ ru. an̄. ʒ.iij.olei roſ. olei nardi. an̄.ʒ.ij. vini qō suff. s' emplin sup epar.vel addat̄ quātitas vini odoriferi vt mec in eo coquant̄ τ cū spong̃ saccellet̄ epar τ frequēter τ breuit s̄:sic dictū est in .c. qō est an̄ istud imediate. Si tn̄ eēt psona multū delicata:iste mec pn̄t fieri cū zuc.τ elcm in tabulis. ¶ Iste sir⁹ in quo nō ē multa cal'itas iuuat epa/ticos in vtraq̧ cā:dūmodo nō sit excedens vl' febrilis caloꝛ.℞.absintēnō.nouelle nō lote an̄.ʒ.iij.spice roſ ru.an̄.ʒ.iij.sanḋ ru.τ muscatelli.an̄. ʒ.j.zuc. lb.j.s̄ sir⁹. Et si cū debilitate iueniat̄ caloꝛ manifest⁹ addat̄ epatice poꝛtulace an̄.ʒ.j.q̄/tuoꝛ se.frīoꝛum an̄.ʒ.j.τ si cum ista debilitate cognoscat̄ maa:purget̄ sicut dictum fuit. ¶ Dicta epaticoꝝ. Iste aūt dictādi sunt cauēdo cibaria grossa dure τ tarde digōnis. s comedat carnes auiū laudataꝝ in mea.vtat̄ bono pane bn̄ cocto τ bn̄ fermētato cum tpata salis quātitate. τ sit vni⁹ aut duoꝝ dierū postꝙ exiuit a furno. τ bi/bat bonū vinū al.τ clarū si ibi sit oppilao. Et si nō sit:bibat vinū odoꝛiferū ru.τ maturū. τ co/medat interdum de piscib⁹ laudabilib⁹ tostis in craticula τ vitella ouoꝝ sorbilia. Pn̄t iterdū capere capretū τ mutonē τ gazel τ iuuenib⁹ cuni/culis τ vitulo· triū aut q̄tuoꝛ mēsiūꝫ vescant̄ alñ. τ vtat̄ vuis passis cū suis arill'.dum tamē bene masticent̄ τ sine pietate. Utatur etiam granaꝭ musis masticādo τ deglutiendo grana:sua eniꝫ stipticitate epar cōfortāt.Et si nō habes granata musa: misceant̄ aliqua cum dulcibus. Non eni multo cibo nec potu repleantur:vt leui⁹ τ facilius digeratur. Utatur petro.ad aperiendū: τ saluia ad confortandum.

Declaratio in debilitate epatis.

¶ Pꝛio sciendū:ꝙ dicit Aui.in.14a.3i.tractatu.2.c.3.de cura debilitatis epaꝭ quasi in ꝑncipio:ꝙ debilitas epatis vt plurimū est.ꝑpter frigus aut ꝑpter humidita/tem aut ꝑpter siccitate:aut ꝑpter materias ma/las retentas in ip so.Et ꝑpter hoc est plurimum

cure eius cū calefactiōe subtili cū apertiōe ⁊ maturatiōe ⁊ lenificatiōe ꝑmixta cū stipticitate cōfortāte ⁊ ꝓhibente putrefactionē vba sunt Aui. in pⁱⁿº.c.⁊ silr in fine capli eiusdē dicit: ꝙ debilitas epatis cui⁹ est causa indigesta vel est in attractiua vtplurimū est a frigore. ⁊ ideo vtplurimū debemus ꝓcedere calefaciēdo cū medicinis in qbus sit subtiliatio ⁊ cōfortatio. Ante tamē debemus hoc querere p signa dicta in.c. ꝑrio huic ⁊ debemus succurrere male cōplōni dn̄anti sicut ibi enarratū fuit. ¶ Scdo notandū ꝙ cum epar sit membrū ꝑncipale si patiat solutionē cōtinuitatis ⁊ est magna ⁊ notabilis nō curat: nō tamen ita cito morit als sicut in solutiōe ꝯtinuitatis cordis. q: cor nobilius est ⁊ indignationis nature. Sed si fuerit ꝑua curari poterit: maxime si fuerit in extremitatibus pennularū. ¶ Tertio scias ꝙ quāuis siccitas sit lima caloris tn̄ sicca bene possunt cōpetere in debilitate epatis ex calore. pº q: cū illa caliditate pōt esse hūiditas: ⁊ iō siccitas cōpetit. Et posito ꝙ nō eēt hūiditas: adhuc stiptica sicca possent iuuare: q: cū eis miscet aqua humida. ⁊ ideo magis est iuuatiuū ꝙ̄ nocumentū: cum sint ꝯfortantia ⁊ stipticantia. ¶ Quarto sciendū ꝙ quāuis epar sit mēm spermaticū: tn̄ in sua ꝑma creatione natura miscuit magnā ꝗntitatē san. menstrui cū spermate magis forti⁹ ꝙ̄ in aliquo alio mēbro spmatico. Et ꝓpter hoc post suā indurationē remansit rub. ⁊ spissus: vt spissaret ⁊ rubificaret san. ⁊ ꝯuerteret ad suā naturā. nā intētio cuiuslibet mēi est assimilare illā rē quā alterat sue natur. Quapropter caro epatis alterat cibū venientē a stoº ⁊ mutat illū donec sit silis illi in natura. ⁊ ꝓpter hoc fit rubeus ⁊ spissus. vba sunt Gl. 4. de iuuamētis mēbrox qn̄ colūº. 6. vel in.c.iij.

Caplm̄.4. de apate epatis.

Omne apā qd fit in epate aut fit in ꝯcauitate ei⁹: aut i gibbo. q: apa mesaraicar nō est apa epatis. ⁊ sic de alijs. Dicamus ḡ ꝙ si apā est a medio epatis sm̄ spissitudinē ꝯsiderando versus latus ꝯcauū dicit apa in ꝯcauitate epatis vel in sima. Et si est a medio versus exterius: dicit apa gibbi epatis: verumtn̄ pn̄t venire apata i lacertis qui sunt sup ipm ⁊ in velaminibus et in pāniculis eius: vt dicit Ga. pmo de morbo. c.5. quāuis hoc raro ꝯtingat sicut dicit Aui. in 14ª.3ª trac.3.c.j. Potest ergo pati epar sicut dic Ga.5. de int.c.4. ⁊ Aui. in loco vltime allegato flegmonē herisipilā apa durū sclirosū similiter ⁊ apa flegmaticū ⁊ apa vētosuz. Et istud vētosuz est qn̄ vētositas includit in loco aliq: ⁊ nō pōt inde exire nec euapari: vt dicit Ga.5. de morº.c.5.

Causarum apatis epatis: quedam sunt ꝑmitiue: qdā antecedentes: quedā ꝯiuncte. ¶ Primitiue vt est pcussio torsio obuiatio casus: vt dicit Aui. in loco nouissime allegato. silr strictio fortis ⁊ ꝯtinua zone vel diploidis. oia ista pn̄t causare dolorē vel oppilationē talem in epate ꝙ hūores ibi ꝯcurrent. ⁊ sic potest ibi fieri apā. ¶ Cause antecedētes calidi epatis pn̄t esse multus sang. ca. superflue ⁊ grossus maxime. silr multitudo cole nigre vel alterius speciei. aut mala cōplo calā cuz fe. Alia causa potest esse nimia caliditas stomachi cum qua sequit corruptio chili. ⁊ sic habet littera Ga. megª. pticula.3ª. sic cōplo epatis stomacho patiente corrumpet chilus. chilus ā stomacho corrupto veniens ad epar corruptus est. Idem dicit Aui. in.14ª.3ª. tractatu.3.c.2. ⁊ ꝑ cōsequēs magis corrumpit. ⁊ potest inde gn̄ari apa epatis vel mor⁹ i corpore. Alia causa aīus potest esse retentio emorroyda. sicut tenet littera Ga.9. ampho.pº 12. ibi: emorroydas sanān antiquas. Alia causa pōt esse multus vsus ciborus calidorum interius assumptorum. vt allia cepe pipata ⁊ speciata zinziber conditū ⁊ silia: a qb⁹ sang. ⁊ alij humores cali generantur. silr assumptio multorum ⁊ diuersorum ciborū a qbus digestio corrumpit aut diminuit: sicut habet littera Ga.4. de regimine sanitatis.c.8. Sic etiā epar tendit ⁊ oppilat ⁊ aggrauat post acceptionem multox cibox. ⁊ silr vsus rerum dulcium sicut ē mel zuca. carica ⁊ silia sicut hz lra.15ª meg. quasi colūº.9. sic. Omne em̄ dulce f. cā apatis splenis. vbi.8. ¶ Alia causa potest eē retentio colere in epate vel cisti fell⁹ quā naturaliter consuenit ad intestina vel stomachū vel alibi delegare sic habet lra.13º. megª. quasi colūº.14. in h vba. Cūqz hec colera ⁊ resudatio illa purgari ꝓhibet necessario in epate augmentat apa: maxime si in cōcauitate fuerit epatis. Similr vsus ciborū viscosox ⁊ stipticox Ga. ibidem. ideo faciūt oppilationē. Alia cā antecedēs pōt esse fortissima attractio maior ꝙ̄ fit necria facta ab ipo epate rōne ꝯculcatiōis que cōiter sequit attractionem inordinatā. Cāe añtes apatū frox seu fere sile cāis apatū calox. ¶ Cāe ꝯiūcte istorūz sunt illi hu. seu ventositates vniti ⁊ cōculcati non ꝑmittentes respirationē nec rectum regimen nature vt ꝯsiderat vt in suba mēbri vel mēbrox ꝯcertatum. sed

potius in saniē conuerti parant̄.⁊ isti siue forte habēt depēdentiā a cāis p̄mitis vel a cāis añce dentib⁹ cū plectoria vel mala cōple. Et cū ap̄a ꝑ flegmatica ꝯiuncta est flā.⁊ cū apatis sclirov est multa vel nimia resolō facta a calore q̄ resoluit subtile.⁊ remanāt grossuȝ intantū ꝙ aliq̄ ꝯūtit̄ i lapidē vt sepe videm⁹ i epate bouis ⁊ porci ⁊ ſi milis.et reb⁹ ꝯ iilibus p̄nt fieri ap̄ata mēbrorum viciantiū ipsi epati:sicut sunt lacerti qui sunt super ipsum:⁊ pāniculi ⁊ meseraice.

Signa sunt q̄druplicia. ¶ Nā quedam sunt cōia oī ap̄ati epaꝛ.quedaȝ sunt demōstrantia diam iter ap̄a gibbi: ⁊ ap̄a ꝯcauitaꝛ ei⁹. ¶ Itē q̄dā sunt distinguētia inter ap̄a epaꝛ:⁊ iter ap̄a mēbroꝝ vicinantiū.⁊ sic de aliis. ¶ Signa cōia sunt dolor ḡuatiu⁹ sub ypocundrio dextro maior vel minor ſm magnitudinē vel ꝑuitatē cāe. ¶ Scdo dolor ascēdit vsq; ad furculas spatularū ac si ab eis versus iferius fieret attractio. Et fit ꝑpter actionē suspēsorioꝝ loci in quo est ap̄a. ¶ Tertio q: dolor cōicatur costis ac si esset pletic⁹ versus costas dextri ypocundrij versus spatulas ascendendo. Nam hoc suspensoriū in quibusdā corporib⁹ est ligatū in interiori ꝑte costarū vn̄ patiunt̄ vt veniat dolor vsq; ad pelliculas costarū. vbi fuit Gal. in. 2. de inte.c.4. ¶ Quarto adest malicia decubit⁹ in vtroq; latere in hora dormitionis.dextrio: tñ sup dextrū:⁊ leui⁹ cubant resupini. Et marie qn̄ ap̄a est callu color est pallidus habens fastidiū ⁊ vrine sunt sanguinee:marie quādo ap̄a est calidum. ¶ Signa vtrū sit in gibbo vel in ꝯcauitate ista colligunt̄ a Gal. in ꝑte.5. de inter.c.4. vbi interio.c.9. Primum si ap̄a est in gibbo ⁊ est magnum faciliter repitur:⁊ tumor appet ad modū lune noue.⁊ adest tussis sicca.q: rōne tumoris ap̄a is ⁊ vaporis ab eo eleuatoꝝ nocumentū ⁊ ꝯstrictio magis cōicatur diafragmati ⁊ pulmoni ꝙ si eēt in ꝯcauo.⁊ ideo anhelit⁹ cōstringit̄: ⁊ adest paucitas vrine. imo si ap̄a est magnum vrina pro maiori ꝑte retinet̄:q: aquositas nō pōt transire ad renes ꝑpter oppilationem:⁊ maior attractio suspēsorij fit ꝙ si esset in ꝯcauo:⁊ maior aggrauatio. ⁊ adest do. maior qn̄ suspirat vel cogit̄ anhelare. ¶ Si ap̄a sit in concauo epatis:adest ablatio appetit⁹ nausea ⁊ vomitus ⁊ singultus.q: cōmunicatur sto° nocumentum ratione maioris ꝑpinquitatis:vt dicit Gal. 5.de inter.c.4. Et dolor non est tantus nec suspensio nec grauedo sunt tante sicut quādo apostema est in gibbo,q: sustentatur super stomachū.nec etiā est tanta tussis.q: lōgius est a sp̄ualibus.⁊ per ꝯn̄s non adest tanta anhelit⁹ cōstrictio.nec tactu reperitur duricies ⁊ ap̄a sicut fit qn̄ apostema est in gibbo. ¶ Et si apostema est in vtroq; latere:signa sūt ibi cōmixta. ¶ Signa distinguētia inter calidū ⁊ frīduȝ sic habentur ſm Gal.5.de interio.c.4. Sunt tamē quedā significātia calidum apostema eē in epate:sicut sunt flegmones. Sentit eniȝ infirm⁹ in dextro latere sub ypocūdrio nimiū doloreȝ. nā superius eleuato loco ypocundrij min⁹ sentitur dolor. Dolor etiā vsq; ad furculas ascēdit: ⁊ paruaȝ habent tussiȝ. Color lingue rube⁹ in initio: postea mutabitur in nigredinem:vrina rubicunda cōturbata superius liuens.desideriū cibi aufertur.sitiunt sine intermissione vomunt puraȝ colerā quasi vitellis ouorum.deinde mutatur ⁊ fit q̄si eris erugo. Et si hoc apostema fit absq; epatis defectione.id est debilitate:egestionē ꝓhibet. hec ille. Ita ꝙ squibalee exeunt aliquando. Et si epar ē debile fit ecōtra. ⁊ cū hoc adest insomnietas.oīa vo āntia herisipile sunt velut ista.febricitant eni simul cū siti vehemētissima. ⁊ q: semper videmus fe.que per acuta dī sequi intēsiuam passionem euenire epati.i.herisipile. ¶ Si ap̄a epaꝛ est a cā seu materia frīa nō adest mag̃ sitis nec fe.nec ariditas nec nigredo lingue:sed ḡuitas adest ⁊ ponderositas maior circa ypocūdriū dextrū ⁊ color est mutatus ad viriditatē vel ad colorē marmoris vel fistici.⁊ cuȝ hoc alia ꝑticularia cōueniunt. ¶ Signa distinguentia iter apostema epaꝛ ⁊ mēbroꝝ vicinoꝝ epati sic habent̄. Naȝ si apostema fit in lacertis qui sunt sub cute qui ſm Gal.5. de interio.c.4. sunt octo. Quidam ſm longū alij ſm latū alij sub cute submersi:alij vsus supius elati a supiori parte versus inferius ⁊ appareat forma epaꝛ in tactu ⁊ in visu longa versus inferius.⁊ est sicut stilus cū quo scribit̄ in tabulis cereis.vel sicut cauda muris in vna ꝑte grossa ⁊ alia subtilis.⁊ hoc sentit̄ qn̄ est in lacertis supioribus versus cutim elatis.q: si esset in ꝓfundis nō sic sentiretur:imo magis assilaret̄ ap̄atib⁹ epaꝛ. ⁊ cū hoc assunt signa cōia q̄ accidunt in ap̄ate epaꝛ:ꝑter pauca.q: nō adest vomit⁹ nec nausea nec tanta sitis.⁊ adest maior dolor si tangatur vel cōprimatur.nec ap̄a est ita piculosum.q: seꝑatuȝ est a suba epaꝛ.⁊ sic intelligit Aui.⁊ Gal. in loco allegato meli⁹ ꝙ ille q̄ dixit ꝙ ap̄a sit in lacertis in suba epaꝛ exn̄tibus. Et si ap̄a est in lacertis: qui sunt recte in lōgitudīe positi necesse ē vt appeat

longū ⁊ extēsum in medio vētri circūassumēs
vmbilicū sic hi lacerti positi sunt. ⁊ ppt̄ h̄ palā
est istud ppter suā cōpositionē ⁊ formā. Alij v̄o
lacerti q̄ sunt his oppositi difficilit̄ pñt cogno-
sci. difficiliores etiā sunt lacerti in latitudine po
siti. Quo circa q̄ intelligim' epar ēē sub cyfach
q̄ sub illis tribus lacertis existit. ppter h̄ nō pos
sum' cās eius tactualit̄ intelligere nisi cum apā
maximū fuerit. Ga. loco allegato v̄ba p̄cisa sūt
Et sic p3 dr̄ia inter ista apata q̄ qñ est i lacertis
in lōgitu positi appet apā. in alijs aūt lacerti nō
appet nisi apā fuerit maximū. ¶ Si apā est in
mesaicis fe. nō est ita magna imo est remissa: et
dolor ⁊ grauitas sentiūt p̄fundius v̄sus intesti
na ⁊ sto^m ⁊ dolor est extēsiu': q̄ mesaice cū sint
stricte extendūt ab apate. ⁊ dolor iste tūc sentit
v̄sus vmbilicū: ⁊ cū hoc nihil tactu vel visu repi
tur a pte exteriori. ⁊ egestio est chilosa rōne op-
pilatiōis quā fecit apā. ⁊ dicit q̄ tūc vrina est tur
bata. In apāte āt idurato scliro[ti]co sentit durici
es manifesta ⁊ tumor sine dolore ⁊ feb. Et h̄ns
ipm post cibi assumptionē plus affligit. Et alle
uiat in tpe famis. ⁊ seq̄t extenuatio corpis ⁊ ca-
sus appetitus cū corruptiōe coloris. ¶ Signa
aūt distinctiua inter apā epatis ⁊ pleureś dicta
sunt supius in li. 3. c. 8. de pleuresi.

Judicia

in apāte epati. ¶ Primo indi-
cat Ga. i. 5. de int. c. 7°. q̄ fle-
gmones ⁊ apāta existia in ɔcauitate epati deteri
ores ⁊ piculosiores sunt in gñanda desiderij ab
latiōe ⁊ vomitu ⁊ siti quēadmodū flegmōes in
gibbo existes sunt deteriores q̄ si eēnt in ɔcauo
in dolore ⁊ anhelitu ⁊ tussi ⁊ dolore vsq̄ ad fur-
culas. ¶ 2° iudicat Aui. q̄ apā qd̄ fit circa pan
niculos venis cooptos ē cū maiori dolore q̄ si
esset in carne vl' sub̄a epati. ⁊ fe. est detior. ⁊ h̄ cō
tingit: q̄ iste ptes sunt mag̃ sensibiles: caro cū
epati insensibilis est de se: vt dic̄ Geral. exe. i sili
c. ¶ 3°. flux' vētris cū apāte epa. mortal' ē. Aui.
in lo° p̄alleg̃. f. in. i4. 3ª. trac. 3. c. 2. ¶ 4° ex apā-
tib' epati tā calis q̄ fris pōt cāri hydropiś: max^e
qñ cor̄ cura postponit vl' totalit̄ negligēdo omit
tit. ¶ 5° pmutatio apātis epati ad apā splenis ē
bonū signū. q̄ fit pmutatio nociui a mag̃ nobi
li ad minus nobile: sed si fit ecōuerso ē malū si-
gnū. ¶ 6° crisis apāti cali' gibbositati epati ⁊ in
apāte lacertor̄ fit vt pl'in cū sudore aut cū vrina
laudabilib' aut cū fluxu san. nariū p̄cipue dext^e
ptis nari. Et apā in ɔcauo terminat p sudorē aut
fluxū san. colerici aut cū vomitu. ⁊ h̄ intelligit si
ad bonū dēat terminari. ¶ 7° apā dur̄ ī epatis
via est ad yposarchā spēm hydropiś: max^e si sit
antiq̄tū. 2° de fe. ad Glau. c. sciro^r epati: q̄ nūq̄
recipit curā: nec ipe G' curauit nec vidit aliquē
q̄ curauerit. ibidē. ¶ 8° in epate v̄o flegmonez
patiēte singult' supuenit. 4°. am°. am°. 59. h̄ est
q̄ nerui epati in sto° sūt colligati f̄m G^m in 2°
¶ 9°. epar incisu3 mortale est. 6. am°. am°. i8.
ibi. Uesicā incisam. ⁊ Ga. in 2° reddit cā3. q̄ cū
vene sint incise seq̄t flux' san. ⁊ patiētes moriūt
anq̄ vene ɔsolident. ¶ Et seq̄t in 2°. Arbitror
verū dicere dicētes posse sanari cū inscisio intra
ɔcaua nō fit. s. q̄ dicūt ei' extremitates q̄si digi-
tos eminētes posse incidi ⁊ sanari. hec ille.

Curatio

Añ ptīclarē curā aliq̄ c̄nales
cañ. sunt p̄mittēdi. ¶ Prim'
est. Apā epati freq̄nter p fluxū san. nariū termia
tur qñ in dicto epate talis accidit flux' san. nul-
latenu' restrigēdus est donec manifesta alleuia°
sentiat v̄tute h̄ sustinēte. ¶ 2°. si q̄s emorro. cō
suetas habuerit restrictas ⁊ apā epati incurrerit il
le festināter apiēde sūt vt regurgita° sugsluu san.
ad epar facta p ear̄ fluxū diriuet. ¶ 3°. ē in for-
ma Ga. in epate v̄o nasce' apāta ca. cū dissoluti
uis mollitis apitis sine cōmixtiōe aliq̄r stiptico
rū ⁊ ɔfortiuor̄: molestissimū ē curari. solū enim
mollitis ⁊ apitis v̄t' ēpati deficit q̄ defecta alb ne
cessario perit. meg̃¹. ptīcu^a p^a. ⁊. 3. teg̃¹. cañ. i7°.
¶ 4°. ē Ga. i3. meg̃¹ colū°. 8. Si apā ca. oxit in
epate p̄qre si corp' ē plenū. ⁊ si v̄t' ⁊ tps ⁊ etas cō
uenūt: icide basilicā dex^e man'. nā h̄ vena ē ɔiū
cta vene ɔcaue a gibbo epati recto tramite ascē
dēte q̄ nō iuēta mediana inscidat. h̄ ēt si nō iue
niat icide cephalicā aut sophenā. vbi. s. ¶ 5°. in
p̄n° apati epati farina^a nō ē dāda: q̄ si far^a icbos
te epati apāte daret fieret augmētū i apāte. Ga.
i3. meg̃¹. q̄si col'. 8. ⁊ i. 4. āph. 2°. p° ibi. Pregnā
tes purgare si ɔuēit. ¶ 6° i initio apati calli epati
dū hu. ad illud fluūt cataplāta mollitia v̄l dis[so]
lutia iutilia sūt: h̄ i p̄n° me^a fria ⁊ stip° ei ɔueniūt
mē^m ɔfortet ⁊ p̄hibeat mām illā fluere ⁊ exp̄ri
mat ⁊ excludat qd̄ i eo coadunatū ē. meg̃¹. p̄ti^a
xj. q̄si col'. 6. ¶ 7°. i augmēto apati epati p' p̄ti-
ctā ma^e purgatiōnē añtis vtēdū ē aliq̄b' dissolu
tis ⁊ mollificatis mixti cū aliq̄b' stiptici ⁊ ɔforta
tiuis ne epati sub̄a solū dissolutis ⁊ mollificatis
dissipet. snīa est Ga. vbi. s. ¶ 8°. decet aūt i apā
te epatis in statu ⁊ decliatiōe stipt^a diminuere ⁊
augere resolutia ⁊ addere mollificatia ɔ duriciē
dubitādo. melior em̄ crisi apati ē q̄ fit p resolōnē
¶ 9°. nunq̄ dissolutia cōpetūt fe. manēte nullū
em̄ ē dissolutiuū qd̄ nō sit calefact^m. vñ nēcio co

posito fe.augmẽtabit meg' particula 2ª alb.iiª. col.8º. ¶ Decim' duricie manẽte in his mẽbris scʒ epate ꝛ stomacho inoportunũ ẽ vt fe.existẽte dissoluatur nisi postꝗ̃ fe.cessauerit. Ga.ibidem. ¶ Undecim' est. Aui.in.i.4ª.3' trac.3º.c.de cura apatis ca.sanguinei qđ in flo̾ia facienda in apostemate sanguineo epatis ṽtute extãte forti in vna vice est extrahenda de san.q̃ntũ necesse ẽ.ꝛ si debilis oꝫ vices multiplicare. ¶ Duodecim' est Ga.13º.de ingenio.c.6º.ꝛ Aui.in loco vltimo allegº cataª frigida ꝛ stiptica in apatib' epatis non diu sunt ꝯtinuãda q: epithiatũ quidẽ frigidorũ administratio supflua.q̃nq; pducit ad duriciem ꝛ ideo oportet ꝙ apocrustica cũ apitiuis ꝛ subtiliatiuis sint cõmixta. Aui.ibidẽ. ¶ Tertiusdecimus est Ga.ibidẽ.ꝙuis epithiata stiptica ꝛ repcussiua cõpetãt in pnciº apatis cali epatis.tñ illa actu frigida nõ sunt apponẽda ne cito materia inde indurescat vel vapores cali reclusi ad augmẽtadũ apa reuertat.idẽ dic̃ in de fe.ad Glauconẽ. ¶ Quartusdecim' est Ga.in codẽ.13º de ingenio in.c.6º.vbi loquit de Talio medico ĩ cui' cura mortu' fuit diogenes orator imperatoris q: noluit credere Ga.ꝛ est iste: sicut in apostemate in ꝯcauo epatis existente solutiua vẽtris sunt tribuenda sic q̃n ẽ in gibbo : tempata diuretica tribuẽda sũt p salute ascẽdẽdo a ꝺcoctiõe apij vsq; ad azarũ ꝛ pet°.idẽ dic̃ 2º de fe. ad Glauconeʒ. ¶ Quĩtusdecim' est Ga.13º de ing.sanitat.c.6 trãsumptiue Jo.serãpio.ꝛ forª B'.ẽ ista. Epar ꝛ os illarũ viarũ ꝙ colerã suscipit cibos ꝛ medicinas q̃rit apitiuos q̃ subtiles sũt in suba nõ pũgitiuã habẽtes qualitatẽ. Pungitiua eñ mẽbrũ tumefactũ afficiũt furiose: iõq; medicine epatis debẽt eẽ mũdificatiue ꝛ sine punctione. hec ille. ¶ Sextusdecim' res viscose ꝛ opilãtes vias per qs nutrimentũ suscipit ꝛ colera ꝛ alie supfluitates ab epate segregant ꝛ expellunt ꝛ res q̃ cito ĩ colerã conuertunt nullo mõ in apatib' epatis pro directa cura nõ sũt ministrãda. Epar eñ apatuʒ plus ꝙ̃ oportet est oppilatũ ꝛ calin. Et iõ cãdarum ꝛ mellicratũ in hac nõ ꝯueniũt passiõe. B' ibidẽ in sñia. ¶ Cura pticularis apatis ca. epatis est ꝙ pmo fi.flo̾ia de basilica vel alijs venis ipsa nõ inuẽta iuxta tenorẽ.4.cañ.general' istius .ca. vel saltẽ de vena q̃ ẽ inter indicẽ ꝛ mediũ.ꝛ si virtus ẽ fortis seu flo̾ia sufficiẽs in vna vice ꝛ si debil' paulati extrahẽd' ẽ san. ¶ Et si ẽ ꝯstipat' pus fiat clistere leniti^m sine attractiõe.deinde super epar ponant repcussiua sic. ℞.sanđ.rof.ru. siccarum añ.ʒ.iij.succi enđ,succi solatri.añ.ʒ,ij.aq̃ rof.ʒ.j. aceti.ʒ.ß.misr.ꝛ panni freq̃nter intincti in eo tepidi aliq̃lit supponant ꝛ de trib' horis vl'.4.i.4. remoueãt ne ipi supcalefacti epar ca.reddãt magis ꝙ̃ oꝫ vel in succo solatri ꝛ endiuie ꝛ sempuiue pãn' intinct' sepi' epatis regioni apponatur. ¶ Et ista cõtinuẽtur p tres aut 4.dies.ꝛ si addatur parũ aceti erit meli' pp penetrationẽ ꝛ infrigidationẽ. Ista tñ actu fria nõ sũt ponẽda donec supfluã actualẽ pdiderit frigiditatẽ, put docet 13'.cañ.ꝛ Ga.ꝛ alioꝝ autoritates. Uel fiat sic ℞.succi plãtag virge pastoris ꝛ burse pasto.portulac̃ sguine cucurbite succi pãpinoꝝ vitis albe ꝛ attriplicis.añ.ʒ.j.addat sanđ.ꝛ rof.añ.ʒ.ß.spodij.ʒ.iij.aceti.ʒ.j.fiat epithia p modũ supradictũ vsq; ad.4.dies.ꝛ tũc sumat p cibo ordeatũ ꝛ aquã ordei q̃ multũ laudat q: abstersiua ẽ ꝛ sine mordicatiõe vt dicit Haly. Et si fe.est fort' ꝛ inflãmaº sumat aquã enđ.q̃ refrigerat ꝛ hʒ ppriẽtatẽ ad epar: ꝛ sumat pari mõ aquã solatri. Iste eñ aque refrigerãt ꝛ sunt loco pot' ꝛ mec. aqua mell' ꝛ malagranata sũt phibita p Ga.ꝛ Auic. ꝛ Serap.q: oppilãt. Et dicit Sera. ꝙ secaniabi qđ est oximel simplex factũ ex.4.ptib' aque ꝛ duabus mell' ꝛ vna aceti vʒ cũ aq̃ enđ ꝛ aq̃ solatri ꝛ hoc ppter apertionẽ q̃ in eo ẽ nec acetũ pmittit ipm facere oppilationẽ quã opat aqua mell'. Et põt capere ius pulli bulliti cũ paruo petrosil.ꝛ enđ.nouella. Et si ꝯq̃rat de amaritudĩe dicat ꝙ in eo ẽ ṽtus cõfortandi epar vel loco eius ponat lactu^a ß nõ tãtũ vʒ.ꝛ si interdũ posset comedẽ bolũ enđ. esset sibi vtilis.iteꝝ coquant cicera ru. cũ pulla ꝛ petro ꝛ sumat p cibo illud brodiũ.ꝛ si fe. nõ est mag̃ põt sumere vinũ al.vel clarũ cõpetẽter limphatũ cũ aq̃ bullita ꝛ refrigerata. ꝛ hoc est hora comestiõis alioq̃n pro potu vtat aq̃ ordei int prãdiũ ꝛ cenã ꝛ de nocte dũ sitit. Ualʒ etiam sirup' acetosus quã ponit Mesue q̃ vocat diarodon. Et vʒ etiã oxizacara fm Ga.13º.meg' in fine.9ª.col'. ¶ Et valʒ iste sir' tã ad fe.ꝙ̃ ad remouendũ oppilatiões q̃ annexe sũt apatis epatis. ℞.succi scariol' succi enđ.succi rostri porcini succi apij ꝛ fen' añ.q̃r.j.aq̃ distillate radic̃ petº.ꝛ apij ꝛ capilliveneris.añ.ʒ.ij.aq̃ font.ll'.j.zuc.ll'.j.ꝛ f.fiat sir' cũ.ij.ʒ.aceti albi ꝛ in clarificatiõe addatur rof.ru.squinanti spice' spodij.4.se.frioꝝ mioꝝ sanđ.ru.muscati.añ.ʒ.j.absin'.ʒ.iij.ß.sirup' ꝛ vtatur eo cum aqua ciceruʒ ru.vel cũ aqua endiuie. Et si molestum est habere succos saltem de herbis ꝛ alijs medicinis fiat sirup'. ¶ In augmento aũt fm Gam.13º de ingeº.c.6º. Et etiam fm Auicen.in.i.4ª.3ª.tracta.3º.cº.3º. de cura apatis

calidi epatis meli⁹ est ꝙ aliq̄ stiptica ꝯfortatiua
apponant̄ sicut est oleū roſ. ⁊ vnfanq̄. ⁊ oleum
mirtinum ⁊ coctanī[m] vel mastiq̄ nardinū ⁊ mi-
sceat̄ vnū cum alio vel cum alijs ⁊ addat̄ squinā-
tū spica[r] ⁊ celtica ⁊ absīn[m] de quolibet. ʒ. ij. vel ſꝫ
q̄ntitatē oleoꝝ magis vel min⁹ vel cū succo ab-
sin[t] misceant̄ ⁊ ſ̄. epithīa vel pāni in eis madefa
cti supponant̄. Jsta eīn sūt ꝯfortatiua ꝑ suā aro
maticitatē ⁊ magis epar cōfortabit q̄n cū stiptic̄
⁊ cōfortatiuis oleis misceant̄. Dic̄ eīn ibidē Ga.
ꝙ citoniū coquatur invino stiptico ⁊ cathapla-
smet̄ epatis regio. Ga. etiā in passiona⁹ iubet fie
ri polentam post triduū ex farina ordei ⁊ carīq̄:
⁊ dactilis icoctis ⁊ mixtis ⁊ supponatur emplꝫ ⁊
iubet ibi ꝙ calꝫ superponatur. vl̄ fiat tale empla
strū sumantur citonia in frustis cōseruaꝗ. ⁊ pi-
stent̄ fortit̄ cum farina ordei ⁊ addat̄ ciperi sq̄-
nanti spice[t] ⁊ celtice an̄. ʒ. ij. absin[t]. ℥. ß. olei roſ. a-
ceti an̄. ʒ. j. olei camo. olei nardi[t] an̄. ℥. ß. misceant̄
⁊ fiat emplm̄ ꝑ modū iam dictū. Quādo ē ꝑpe
statum ⁊ in statu addat̄ emplo supradicto ca-
mo. mellilotum farina fenugreci ⁊ se. lini ⁊ pax
croci ⁊ oleū camo. ⁊ minuat̄ oleū ⁊ roſ. alia sti-
ptica. Et iterū vtat̄ sirupo ⁊ regimine supradic̄
Et notandū est vt clare ponit Galien⁹ i3⁰. meg[i]
quasi in col. 9⁰. ꝙ a quolibet apāte iteriori aliq̄
resultāt ⁊ emanāt supfluitates: ⁊ si nō in princi-
pio saltē in alijs temporib⁹ vt manifeste in pleu
resī poteris notare. Jsta aūt resultata superflui-
tas indiget ꝙ euacuetur vnde si apostema est in
concauo epatis venter teneat̄ laxus ⁊ purgetur
interdū maxime in statu ⁊ declinatione cum cas
siaſ. ⁊ tamarindis vel cū decoctione viol. ⁊ pru-
norū squināto ⁊ absin⁰ ⁊ mānagranata: q: ista
supfluitas in sima extūs epatis ꝓmpti⁹ per inte-
stina expellunt̄. Cibi etiā laxatiui in quibus ci-
cla boraginis ⁊ malue ⁊ lupulus assumant̄. Si
v̄o in gibbo fuerint epatis leuius per vrinā eua
cuabit̄ vt i 4. edocet can̄. ⁊ ideo detur aqua radi-
cum aperitiua vel detur oximel diureticū. Et va-
lent sir[t] enarrati: semꝑ tamē in talibus sit virtus
stipticorum ⁊ aromaticoꝝ vt premissum ē ⁊ asa-
rū ⁊ cuscute cum ciceribus rubeis ⁊ radicibus
apij ⁊ brusci cū vtraqꝫ spica ⁊ squināto simul co
cti in isto casu simul laudant̄. Jn declinatiōe au
tem ꝓ laxatiuis debēt mīstrari me[c] laxatiue for-
tiores nisi forte natura mittat supfluitates apo-
stematis rupti ad intestina q̄ per se fluxum ven-
tris causarent: tunc eīn ꝑmittēda est natura ope
rari. ⁊ si nimis fluit ⁊ contineat̄ debilitatio vir-
tutis vtatur trociscis de berberi ⁊ de terra sigilla-
ta dictis i. c. de emoptoica. aliis aūt dam⁹ in de-
coctione floꝝ agaricum ⁊ turbith ꝑpter grossos
humores ⁊ mirab. cit[r]. ꝑpter colericos: ⁊ etiā alo
en ⁊ tūc miscenda sūt mollificatiua aliqua cum
resolutiuis ⁊ cōfortatiuis. ¶ Si i epate fit apo-
stema a causa ꝑmitiua sicut est casus percussio ⁊
similia. facta flōia fiat hoc emplm̄. ℞. mirtilloꝝ
roſ. ru. baccaꝝ lauri. ana. ʒ. iiij. calami aromatic̄
myrrhe mastiq̄ an̄. ʒ. ij. croci. ʒ. j. olei de lilio ⁊ ce-
re. an̄. q̄d̄ suffic̄. ſ̄. emplm̄. Jn declinatiōe aposte-
mat̄ postq̄ fe. recesserit ⁊ accn̄tia alia diminuū-
tur: debem⁹ fortiora resolutiua applicare aliqua
mollitiua cū eis cōmiscēdo de iduratione ei⁹ du
bitando. ⁊ hoc pōt fieri ꝑ modum epithimatum
in tali forma. ℞. floꝝ camo. mellilo[t] rute absin[t]
yreos origa[t] cala[t] ysopi roſ. ru. ana. ℥. j. ⁊ ſ̄. bul-
liant̄ omnia invino ⁊ aqua cū vno. ꝑ. enō. ⁊ alio
radicis bismalue ⁊ se. lini ⁊ fenu[t]. an̄. ꝑ. j. ⁊ in de-
coctione intigat̄ spongia que expssa ca[a] sup epa
tis regionē apponat̄. iterdū aūt cum dicta deco-
ctione embrocatio epati est facienda concā vel
peluim submittēdo ne lectica ⁊ panni madeſ. ⁊
iterum dicta resolutio cum spōgia vel filtro rei-
tereſ ⁊ cōtinueſ donec ad sanitatē ꝑducat̄. ¶ Aui-
nicē. v̄o ponit hoc emplm̄ valens nō parū in de
clinatione epatis ad ipꝫ resoluendū: de quo ipse
dicit: ꝙ est laudabile ⁊ expertū. ℞. storac̄ liq̄d̄.
cere noue an̄. ʒ. x. masticis cro[t] amomi an̄. ʒ. iiij.
olei mastiq̄ olei roſ. an̄. ʒ. v. vini. ℔. ß. misceant̄ me
liori quo poteris modo ⁊ cum toto casm̄ regio-
ni epatis sepius apponat̄ vel aliter cum istis ⁊ si-
milibus empla sunt facienda.

Curatio apatis frigidi epat̄. Hoc apa
ſm Cōstanti[m] tumidū ⁊ mol
le nuncupat̄. Apud v̄o Haly tenerū denoiat̄. Est
eīn indolorosum ꝗuatiuū magis ꝙ dolēs cum lē-
ta fe. ¶ Jstud q̄dē apa repcussiuis nō hꝫ opus:
q: magis infriaret ⁊ igrossaret. Et si aliqua appo-
nerent̄ illa cū subtiliatiuis ⁊ aromaticis ꝯforta-
tiuis debēt eē ꝑmixta vt epar cōforteſ: etiā nō vꝫ
flōia nisi hu. cēnt cōmixti ⁊ multi: iō tūc ad dimi
nuēdū valeret multitudinē. Jn ꝑn⁰ ḡ fiāt diste-
ria leuia cauendo a fortib⁹. Postponat̄ ⁊ fortes
farmacie vt docet Ga. i3⁰. meg[i]: quasi col. ii⁰. ß ta
lis tribuat̄ ꝙ nūq̄ attrahat vt est cassiaſ. in aq̄
enō. dissoluta: q̄ q̄dē enō. vꝫ in mala ca. ⁊ i mala
fria epat̄ vt visū est cū de mala cōplōne epat̄ tra
ctabam⁹. Et vꝫ decoctio polipo[t] facta in ptisana.
Clistere aūt factū ex decoctiōe cōmuni berbarū
cum absintio ⁊ ordeo ⁊ cassiaſ. ⁊ tamarind̄. Jn
statu autem ⁊ declinatione addem⁹ calamentū

dauců coloq̄nti. ⁊ centaureã. Ga. in loco alleg°. fiāt etiā suppositoria interdū: vt vēter lax⁹ teneatur ⁊ teneat dietā subtilē: vt per abstinentiā a cibis mel'icis grossis vt apa ⁊ eius accidēs ⁊ ꝯiūcta ma^a minuat̃ ⁊ ad eundē finē debet vti medicinis subtiliatiuis cum ꝯfortatiuis ⁊ resolutiuis aliqualiter ꝑmixtis. Fiāt etiā tales trocisci quos ponit Haly in. 4^a. ꝑticula. 2^c. ℞. ros. ru. ʒ. v. berberis. ʒ. iiij. ani^s se. apij squināti cassieligṅ calami aro^t añ. ʒ. iij. masticis spice^t cinamo^t azari reub. ru bee tinctorum lacce. añ. ʒ. j. omnia dicta pulueri zentur ⁊ distemperent̃ cum succo feni^t ⁊ fiāt trocisci ponderantes. ʒ. j. detur vnus de mane ⁊ ali^a de sero distemperatus cum aqua aperitiua radicum qua bene indiget ista materia quia grossa ⁊ viscosa existit faciens magnā oppilationē. cuius hec est recepta ℞. mediani corticis apij ⁊ feni^t ⁊ petro^s añ. ℥. ij. se. apij an^t marat^t carui añ. ℥. j. squināti agrimonie camedreos camepiteos rubee tinctorū cassieligṅ xilobalsami. añ. ʒ. iiij. aceti al. quart̃. j. mellis dispu. lb. ß. ß aqua seu aposima in ista aqua ⁊ trociscꝭ est apertio ⁊ desiccatio et ꝓuocatio ⁊ confortatio: ⁊ si sentiatur apa frigidum esse in concauo in augmento ⁊ in statu potest aliquādo purgari cum diacartamo ⁊ puluē diaturbith mixtis cum lacce ⁊ squināto: ⁊ si ī gibbo addantur trocisci se. vrtice ⁊ miliū sol'. se. saxifragi ⁊ cum aqua supradicta aqua rafani misceatur ⁊ cum trociscis offerat̃. In isto etiam casu valet dialacca diacucurma ⁊ valent olea in q̄bus est aromaticitas ⁊ ꝯfortatio ⁊ calefactio vt est oleū nardinū ⁊ oleum de gessemini ⁊ oleum de herua ⁊ oleum balsami. ¶ Fiat etiā hoc emplastrū. ℞. se. apij ameos an^t cardamomi. añ. ʒ. iiij. squināti aloen epatici añ. ʒ. iij. spice^t ⁊ celtice masticis croci mirti añ. ʒ. j. ⁊ ß. terebētine gūmi pini añ. ʒ. iij. cere al. ꝙ sufficit. cera dissoluat̃ cum oleo nardino ⁊ costino. ⁊ addantur gūmi ⁊ alie medicine puluerizate ⁊ fiat emplm̄ sup epar fm etiam Haly ex fimo bouis ⁊ capre incorpatis cū istis pōt fieri emplm̄. Et fm Haly ⁊ Auic. ex stomatico emplāto. ¶ Apate aūt rupto qđ scitur per exitū saniei per intestina si apa est in concauo epatis vel per vrinā si est in gibbo. cum hoc etiam in hora rupture aduenit rigor ⁊ tremor ⁊ adest nausea ⁊ vomitus ꝓpter ma^e horribilitatē tunc facimus tale empl'm qđ rumpit apa si pfecte non est ruptum ⁊ tollit dolorem ⁊ maturat residuū ⁊ in parte epar ꝯfortat. ℞. fenugreci ordei. añ. ℥. j. se. lini. ʒ. iij. farine volatilis molendini radicis enule ⁊ bismalue absinthij añ. ʒ. v. camo. melliloti viol' sicꝭ rosarū ru. añ. ʒ. iij. ceparū lilij al. ʒ. iiij. fimi colūbini amomi squinati spice^c. añ. ʒ. j. olei viol'. olei camo. añ. qđ sufficit fiat empl'm ⁊ tepidum superponatur. deinde detur patienti potus mūdificatiu⁹ ⁊ abstersiuus vt ē aqua decoctionis ordei ⁊ caricarū al. pinguium nā ī ordeo est virtus abstersiua ⁊ in caricis silr. ⁊ cum hoc in eis est virtus resolutiua ⁊ maturatiua ⁊ conglutinatiua ⁊ subtiliatiua quib⁹ omnibus indigemus in apāte epatis post eruptionem. vꝫ etiā mellicratū ꝓpter abstersionem ne vlcus ꝓfundet̃. ¶ Auctores antiqui ponūt ꝙ fit etiā ista decoctio. ℞. fenugreci se. lini. añ. ʒ. x. caricarū. x. nūero diāthos se. malue ⁊ maluauisci añ. ʒ. v. mentastri ysopi ⁊ prassij. añ. ʒ. ij. penið. q̄rta. j. mell'. lb. j. ordei quart̃. j. fiat potus ⁊ maturat ⁊ abstergit ⁊ lenit ⁊ mundat vlcus ⁊ nutrit. aliqui addunt oleum amigð. dulꝭ vel amararū: ⁊ tunc vꝫ lac camelle vel asine vel capre. ⁊ si apa est in gibbo sicut prius dictū est in cañ. ⁊ in executiōe cure: oportet ꝙ materia trahat̃ ad renes ⁊ vesicam cum rebus aperitiuis ⁊ vrinā prouocātibus vt sanies cum vrina expellatur. Et tunc si feb. nō adest dent̃ diuretica cal'a tibi nota. Et si febris adest dent̃ diuretica frigida vt sunt semina frigida maiora ⁊ minora ⁊ sumant̃ cum sir° papaueris vel viol'. Et si apa exñs in cōcauitate epatis rumpat̃ ⁊ sanies expellitur per vomitū vel ꝑ partes inferiores: tunc postponēda sunt laxatiua vbi natura sat̃ purgat: imo tunc vtat̃ cibis ꝯfortatiuis ⁊ miscent̃ cū abstersiuis. iō valet decoctio supradicta de ficubus. ⁊ valet ordeatuꝫ ⁊ auenatū ⁊ sumāt pullos gallinarū ⁊ perdicuꝫ. ⁊ extremitates capti bene coctas ⁊ vinū limphatū. ¶ Cura apatis duri epat̃ sclirosis epat̃. qñ est incipiēs potest curari: sed postꝙ remanserit pluribus diebus nō. Pereūt em̄ aliqñ cito: aliqñ in tpe ampliori. ⁊ cā est: qr epar ꝓpter suā teneritatē ⁊ sube mollicie: tum etiā ꝓpter nobilitatē ⁊ ꝑncipalitatē sue oꝑationis nō pōt fortia suppotare medica^a. sicut facit splen. ⁊ h̄ est sententia Ga. de se. ad glauconē. c. 12. ⁊ trāssūptiue Auic. in 14^a. 3^i trac. 3. c. de cura apatis epatis. ⁊ cura illius est: ꝙ hu. grossi ⁊ spissi degerantur ⁊ euent̃ prout oportet: ⁊ digestiuū sit tale in quo reperiatur apertio viarū ⁊ confortatio vnde det̃ oximel diureticum in quo decoquantur extremitates absin^t ⁊ enð. deinde purgetur hūor grossus cum mira. kebul̃. ℥. j. temperent̃ per noctem in decoctione viol'. ⁊ sene ⁊ epithimi. ⁊ addatur cassiaf̃. ℥. ß. propinetur de mane quia cum pur-

ĝatione indigem⁹ mollificatione ⁊ int⁹ ⁊ ex̄ ⁊ iō ad int⁹ dex̄ ꝑ cibo auenatū ⁊ brodiū pulloꝝ in q̄ sit pet°. ⁊ spiargia ⁊ boragī ⁊ croc⁹ ⁊ dex̄ ordeatū. Medicina vō exterior sit cōposita ex tribus. Primo ex mollificatiuis duriciei. scđo ex resolutiuis. tertio ex aliq̄b⁹ ꝯfortatiuis epatis taꝫ aromaticis ꝙ stipticis. Et iō fiat tale empl'm vl' vngm in q̄ sunt tres supradicte ꝓprietates. ℞. camo. hispanice. ℥. j. rof. ru. medulle ossiū cerui. si repiri non pōt ossiū bouis ⁊ axūgī anatis ⁊ galline olei nardini añ. ℥. ß. absinthii sicci. ʒ. iij. farine fenugre. ⁊ se. lini añ. ℥. j. costi dulcis. ʒ. iij. cere noue: qđ suffic. fiat. vngm ⁊ suauiter sclirosis vngatur ⁊ pann⁹ line⁹ duplicatus ex eo liniatur. Vel fiat empl'm ex caricis ⁊ pass. bullitis ⁊ pista cū farina fenugreci ⁊ camo. ⁊ ruta ⁊ mellilo° ⁊ oleo camo. ⁊ neridē. Emplastruꝫ resolutiuum scliros epatis qđ ponitur sm itentionem Gal'. scđo de fe. ad Glauconeꝫ in .c. 12. ℞. gūi armoniaci bdelli añ. ℥. j. ⁊ ß. turis. ℥. j. olei nardini olei mastic. añ. ℥. ß. spice ⁊ celtice rof. rub. añ. ʒ. j. ⁊ ß. puluerizāda puluerizentur ⁊ cū gūis dissolutis in oleis misceā ⁊ icorporētur ⁊ addita cera noua ꝙ suff. fiat empl'm qđ extēsum sup alutā superponatur epati pūncto vng° supradicto. Cōsulo ꝙ vtatur iterius diureticis ⁊ lapidē frāgētib⁹ sm cōsilium Gal'. in loco vltime alle°. qꝛ in rōne stat ꝙ illa q̄ frāgūt lapidē in renib⁹ ⁊ vesica post trāsitum ꝑ epar ꝙ ꝑ⁹ frāgant lapidē vl' duriciē i epate existē ꝑ qđ necio virt⁹ eoꝝ medicaminū pus trāsit. ⁊ qñ dictū empl'm remouetur vngatur regio epatis vng° sup⁹ dicto. Cōsulit et Aui. vt patiens dormiat sup lat⁹ dextrū vt ex reflectiōe caloris maior fiat resol'o. Iteꝫ sumat patiens omni die. ʒ. j. seminis agnicasti cū aqua end. ⁊ fen. Et valet ad resolutionē duri apatis epatis. ¶ Idē facit costi. ʒ. j. vsq; ad. ij. Guido de cauliaco ponit h' empl'ꝫ in duricie epatis: ℞. galbani serapini oppopoci añ. ℥. j. farine fenugreci ⁊ se. lini. añ. ℥. ij. terebētine. lb. ß. olei camo. ℥. iiij. farine frumenti qđ suff. ad inspissandū ponantur gūi in oleo camo. in dissolutione ⁊ post dissoluantur ⁊ addita terebētina ⁊ reliq̄s puluerizatis ⁊ paruꝫ squinanti ⁊ rof. ru. ⁊ spicenardi. ⁊ fiat empl'm ⁊ superponatur.

Declaratio in apatib⁹ epatis. ¶ Primo sciendū ꝙ si apa sit in pellicul' q̄ sunt in ꝯcauitate epatis ⁊ exide fit oppilatio ita ꝙ san. nō possit trāsire ad gibbū epatis iaꝫ ibi sunt duo mor. qꝛ apa fit in cēna ⁊ ꝓhibet ne bon⁹ san. gnetur. Oppilatio vō san. ꝓhibet ne possit penetrare q̄ due actōes corpi valde sūt necie. vba sunt Gal'. primo de morbo. c. 5. Et isti sunt duo morbi officiales: ⁊ vltra h' est ibi morbus consimilis qꝛ mala cōplexio ⁊ morbus cōmunis qꝛ elongatio ⁊ separatio partis a parte. ¶ Scđo sciendū sm Aui. vbi supra ꝙ in apostematibus ⁊ alijs egritudinibus calis epatis nō accidit nec sentitur pulsatio propterea qꝛ arterie sunt in eo pauce. ⁊ cū hoc sunt disperse per panniculum eius. ¶ Tertio sciendū ꝙ si aliqñ apa sit in solo gibbo epatis aut in sola sui ꝯcauitate non pōt tamē esse quin vtrūq; latus. s. gibbosum ⁊ ꝯcauum cōpatiantur. qꝛ substātia epatis continua est. verba sunt Gal'. 5. de interio. c. 7. Et ideo qꝛ passio vnius lateris alteri cōicatur nō est mirū si signa sint cōmixta. ¶ Quarto itelligē ꝙ qñ est apa in cōcauo epatis adest nausea ⁊ vomitus colericus si apostema est colericum vel flāticus si apostema est flāticū. Et hoc est qꝛ aliqua pars hu. illorū a quo vel a quib⁹ apostema fit stomacho vel orificio ei⁹ trāsmittitur quā natura sentiens nititur expellere ⁊ expellit ꝑ vomitū. Singult⁹ aūt non appet nisi cū apa est magnū ⁊ longū. ¶ Quito nō est ignorāduꝫ ꝙ apa qđ est in lacertis positis sup epar nō est ita ꝑiculosum sicut si esset in substātia epatis vel in panniculo eius vel in venis ꝓpterea qꝛ in illo epar non est oppilatū nec discrasiatū nec quātum sibi cōicatur rōne vicinitatis: nec etiam apostema meseraicarū est ita periculosum sicut si esset in epate ꝓpter eandē cām: etiaꝫ qꝛ vene meseraice sunt multe: ⁊ ideo nō possunt omnes apostemari: imo multe eaꝝ remanēt nō apate nec oppilate ꝑ q̄s quātitas chili poterit ad epar penetrare. ¶ Sexto nō mirū si hn̄tes apa in epate sint male colorati: silr de habētib⁹ oppilationē ⁊ malā cōplexionem qꝛ cū epar sit primū mēm ⁊ fundamētuꝫ gnatiōis san. cū ipsuꝫ deficit in dignōne ⁊ mūdificatione san. ꝓpter aliquā de egritudib⁹ ei appropatis necesse est vt ille san. ꝑdat colorē suū nālē ⁊ suam rubedinē ⁊ pulcritudinē. Ideo color rerū mutatur aliqñ ad viriditatē: aliqñ ad colorē aliquem de supradictis. ⁊ de h' sup⁹ iam facta est mentio. ¶ Septio sciendū ꝙ in tpe famis bñ ab epate ⁊ a venis pōt trahi aliq̄d ad stom vt satisfiat appetitui. Et hoc asserit Galienus 3°. de virtutibus naturalibus ca°. 15°. sic. Non oportet admirari si per easdem venas per quas nutrimentum mittitur ad epar rursus in longioribus ieiunijs posse trahi escam in ventreꝫ. Et ideo dicit Aui. ssamen pati preter solitam stomachū repler malis hu. ¶ Octauo nota ꝙ ante flōiam ⁊ purgationē mae añcedētis nulla regcissima sunt sug

ponenda ppter aliqs cas. p° est q2 illa mā ppter repcussiua nō pōt retrocedere q2 illud qd ē plenū nō pōt eā recipe vt dicit Gal. ꝛ Haly 3° teg°. cōmēto ꝛ cañ. 160. ¶ Scda cā ē q2 ista apocrustica seu repcussiua igrossant ꝛ idurant mām q̄n illa materia nō pōt retrocedere ꝛ sic apa idurat ꝛ ingrossat vt dicit Aui. in. 14. 3ᵗ. in ca°. de cura apatis ca¹. epat. Nec etiā cōpetunt resolutiua q2 maior fieret attractio ꝛ fiedo ꝛ apa augmētaretur. añ igit localia ꝛ pticlaria reme° vlēs plectoria cognita sunt pmittēde purgationes ꝛ h̄ est alphabetū in arte. ¶ Nono sciēdū fm Haly de regali dispōne ꝙ illi q̄ ꝯsueuerunt flōmari magis de san. pñt sufferre in exhendo: q2 meli' rōne cōsuetudinis pñt flōmiā tollerare ꝛ signat ꝙ multus san. in patiēte apata epat fuit ꝯgregat' q̄ p p̄cedētes nō fuit minorat' flōmias intantū q̄n apa caret. ¶ Decimo itelligendū ꝙ q̄n apa ca. est in gibbo epat cū repcutim' a pte exteriori ꝛ ab int' debem' vti diureticis fridis ꝛ h̄ in pn° vt sunt. 4. se. fria minora ꝛ ma. miscen° gmē ꝛ radices cicoree ꝛ filia q̄ nō multū excedāt in caliditate. In augmēto aūt debem' miscere aliq̄ magis diuretica ꝛ calla in qbus nō fit nimis excedens caliditas. vt radices fen ꝛ per°. apij ꝛ brusci ꝛc. Sed q̄n apa est maturū debem' dare fortia diuretica ne forte materia ibi remanens in lapidez cōuertat. Et iō cū aq̄ radicū misceat azaz semen milij sol' ꝛ saxifrage se. petro. apij ꝛ squinanti. ꝛ de cōpositis detur litontripon ꝛ filoantropos. ¶ Undecimo sciendū ꝙ admistra° laxatiuorū nō cōpetit in pn° sed in statu ꝛ declinatione ꝛ in fine augmēti ē multū necessaria. p° ad eruptionē apatis vt materia añs ꝛ ꝯiuncta diminuat: ꝛ q2 iuuam' naturā vt sup residuū dūcat ꝛ apa in sumū ꝯuertat ꝛ exaler: ꝛ vt ēt supfluitates q̄ ab apate resoluunt per iferiora expellant ne epati noceāt. Post eruptionē autem valēt laxatiua q2 mūdificatio epat a sanie ꝛ virulētia nō parū ad iuuat ad sanandū ꝛ ꝯsolidādū vlc' factū ꝛ ne sanies ꝛ virulētia in epate diu remanentes sibi ꝛ meseraicis ꝛ mēbris circūuicinis manifestum afferat nocumētū. Et h̄ dicebat Aui. in loco allegato. iplicite tñ. ¶ Duodecimo dubitat ex quo hu. apa in epate frequēti' gñat: Dico ꝙ rō dictat ꝛ expientia docet ꝙ ex illo hūore apa in epate frequētius gñat qui magis in eo abūdat ꝛ magis parat' est vt putrefiat s; iste est san. q̄ magis in eo abūdat q2 vlis massa sanguinaria ꝯus in eo generat ꝛ vt plurimū magis de san. scdo q2 san. ca. est ꝛ hu. ꝛ p ꝯns magis putrefactioni paratus.

¶ Scdo gñatur d colera q2 in eo est cistis fell' in q̄ cole supfluitates collocant. 3°. ex flāte. 4° ex melācolia q2 vtraq3 q̄litate putrefactioi resistit. Signū aūt vtplurimū qd a san. vl co. apa i epate gñet est q2 vtplīmū cū eo fe. venit acuta q̄ ex calidis hu. d3 fieri pcise. ¶ Tredecio q̄rit ppter q̄d res dulces faciūt apa epat ꝛ oppilatiōes vt dicit Gal. meg°. 13°. ꝛ Aui. in. 3ª. p¹. c. de regimie ci' qd comedit ꝛ bibitur: Dico ꝙ oēs res dulces sunt grosse subē iō replēt mēbra ꝛ claudūt vias. 2° q2 citi' ꝛ auidius imo ad digōnem ab epate attrahunt iō causant oppilationē ꝛ augēt apata maxie epat cū hēat venas strictas vtvisū est in pmo ca. hui' ¶ Quartodecimo dubitat si ex chilo pōt fieri apa in epate: Dico ꝙ chil' in trāseundo p venas meseraicas recipit aliquā digestionē ꝛ pparationē vt cito f. san. ꝛ q̄n est i epate vlteri' magis disponit ꝛ iam incipit fieri san. ꝛ tunc si iste retineat ppter oppilatiōes ꝛc. q̄uis nondū pfecte sit san. tñ ille potest putrefieri ad apa. Et si tu dicas ꝙ tūc eēt dare aliā spēm preter iam dictas: Dico ꝙ nō q2 illa spēs est hūoralis ꝛ reponit sub illo hūore ad quā magis paratus est ꝯuerti q2 ille q̄n hūor non potuit tenere vias ad mēbra nec ad itestina reuerti ppt oppilationē ꝛ ꝯculcationē ei' ꝛ nō est ver' chilus sed poti' est chim'. Chilus autē in ppria forma sua exñs nō pōt esse materia apatis q2 liquat rōne subtilitat ꝛ nō potest putrefieri q2 nō expectat actionē cālis ꝛc. ꝛ hec de isto morbo.

¶ Capitulum. 5. de fluxu sanguinis ab epate.

Uāuis in 4° li° aliq̄ fr fuerit dictū de dissinteria pprie ꝛ iproprie dicta tñ hic determinatur de fluxu sanguinis ab epate sine nocumento ꝛ sine dolore intestinorum.

Cause fluxus sang. epat quedā sunt primitiue vt est mutilatio mēbrorū exterior vt est pedū vl manuū vt est malefactorib' iusticialr fieri ꝯsuctū. Nā natura illā quātitatem san. qua debebat illa mēbra nutrire nō indigens ea iterum delegat ad epar. epar vo ea nō indigens cu3 sua expulsiua ad intestina per meseraicas remittit. Deide exterius per circulū expellit vt refert Gal. 6. de morbo. c. 5. Et tunc san. exit purus ru. ꝛ pulcer ꝛ venit piodaliter ꝛ in magna quātitate fm quātitatē mutilationis ꝛ fm fortitudinē virtut epatis san. generantis. ¶ Scda cā pmitiua pōt esse solutio ꝯtinuitat vel ruptura venarum epatis facta ab ictu casu vel percussiōe in ipso epate. Et san. iste ē ru. cla-

rus sed nō venit per iterualla tēporis sic in prima specie. ¶ Cause ancedentes ↄstituunt scdam spēz. ¶ Prima est multitudo san. in corpore ppt dimissionem exercitij cōsueti cū regimine copioso sine stōmia cōsueta vel nō cōsueta ⁊ maxime qñ virtus digestiua est fort̄ in generādo san. ⁊ ẛ. per eandē viā sicut in pⁱma quātū ad regimē nature in expellendo supfluum in quāto. Et de ista etiā facit Gal'. mentionez. 6. de morbo. c. 5. ¶ Scda cā potest esse quedā abrasio seu vlceratio in parte ↄcaua epatis. Et in ista appet san. niger ⁊ grossus ppter longaz morā quā fecit in vijs ⁊ in venis meseraicis ⁊ intestinis anteq̄ expellatur etiā pōt cito currere. ⁊ appet q² pua eius quātitas ⁊ sic vł grossus ⁊ niger ⁊ qñ putrefactus: ēt q² paulatine resudat ⁊ diuti⁹ remanēdo ingrossatur ⁊ corrūpitur. Istā cām ponit Constantin⁹. ⁊ q̄uis abrasio sit a cā ancedente forti ⁊ malis ⁊ acut̄ humorib⁹ tñ postq̄ san. emanat ipsa abrasio ⁊ excoriaᵒ seu vlceratio fcā est ↄiuncta. ¶ Causa ↄiuncta est ipsa solō ↄtinuitatis vł vlceratio vł abrasio postq̄ iaz ab epate ppter ipsas currit san. Alia cā ↄiuncta q̄ est oppilatio in epate ↄstituit. 5. spēm fluxus epat̄ qd est: q² qñ epar suscipit chilū ⁊ digerit ipsuz aliq̄liter ⁊ ille san. ppter oppilationē vel ppter debilitatē retētiue vel ex defectu digtie epat̄ q̄ pfecte in san. pmutare nō pōt: nec vlteri⁹ trāsire iterū ad itestina redundat. Et hoc dicit Gal'. 6. de interio. c. 4. ⁊ in isto casu expellit̄ chilus mediocriter exñs int̄ digtm̄ ⁊ nō digtm̄. Et oēs cōcordant q̄ iste san. est ad modū loture carnis de proximo excoriate. Et si alie spēs sint flux⁹ epat̄ ad istas reduci pñt. Et ego vidi freq̄nter istā spēz ⁊ deus sanabat: scientia etiaz medicine coadiuuante fm earum diuersitatem.

Iudicia Iudicam⁹ q̄ flux⁹ sā. epatic⁹ qui venit ppter rupturā venarū ei⁹ vel ppter vlcerationē vł abrasionē ē malus. Nam si mag̃ est ruptura vel corrosio vel vlceratio est icurabilis maxie si est antiq̄: imo hominē pducit vtplⁱmū ad mortē. Scdo si fluxus epaticus sit ppter oppilationē vel ppter debilitatē cōtentiue nō est ita malus q² ista magis ⁊ citius sunt susceptibilia remediorum.

Curatio fluxus epatis. Iam in liᵒ. 4. ista materia aliqualiter fuit tractata s₃ nūc breuit̄ dicim⁹ q̄ si ē a cā pⁱmitiua exteriori qd scit̄ ex iudicio patient̄ debem⁹ san. restrīgere ⁊ epar ⁊ venas ↄsolidare. Et dent̄ iste medīᵉ q̄libet per se vel simul mixte, vel due aut tres ex eis. Et sunt spodiū gūmi arabicū assunt dragagāᵐ, carabe corallus ⁊ sc. anthere psidia balaustia acassia terra sigillata ypoq̄stidos san. dra. de q̄libet sumat̄. ʒ. j. ⁊ ẛ. trocisci ponderātes ʒ. j. ⁊ ẛ. cū aq̄ ⁊ succo arnaglosse ⁊ burse pastoris ⁊ vn⁹ distempat⁹ cū vino oī die stoᵒ ieiuno mini strec̄ ⁊ ẛ. stōmia de epatica ppter san. distractionē ad oppositā partez. ¶ Vel ẛ. isti trocisci q̄s ponit Cōstan. ℞. spodij boliar̄ᶦ rof. ru. añ. ʒ. 5. san. dra. balaustie sumach cōchule marine arsc. cupularū glandiū. añ. ʒ. iiij. carabe gūi araᵇ corallī arñ acassie reubarᵇ añ. ʒ. ij. croci spice cāphore ypoq̄stidos. añ. ʒ. j. ẛ pul'. ⁊ tēperet̄ cū succo arnaglosse: ⁊ fiant trocisci ad pondus vnius. ʒ. ⁊ det̄ vnus cū aqua frigida si calor affuerit. ⁊ si nō cū vino stiptico. Si fuerit ppter debilitatē digtie q̄ venit ab aliqua malarum cōplexionum curetur sicut dictū est in. 2ᵒ. c. isti⁹ fm diuersitatē cōplonis sue dando in potu siue cathaplasmando vł cibādo vel aliter put ibi dictū est cōpetent. Si vō fuerit ppter mutilationē faciant abstinētiaz semel in die comedēdo. Cum aūt acciderit ppt debilitatem retētiue epatis ↄfortet̄ ⁊ aromaticis ⁊ stipticis calidis vel fridis fm diuersitatē causaruz ⁊ sic de alijs.

¶ Caplm. 6. de oppilatione epatis.

Opilatio epat̄ est morbus officialis in via trāsitū san. ⁊ hu. ipediens. iuxta istā doctrinā est sciendū q̄ oppilatio accidit interdū in venis epat̄. s. in ramis venarū q̄ procedunt. a vena q̄ vocat̄ porta in cōcauitate epatis exiñte. Et aliqñ fit in carne ipsius epat̄. Aliquando fit in venis gibbi epat̄.

Cause isti⁹ oppilatiōis qdā pñt eē pⁱmitiue: qdā ancedētes: qdā ↄiuncte. Primitiue vt est ↄstrictio magna ⁊ diuturna supra regionē epat̄ cū zona vel diploide vel alterius vestis vel aliq̄ cōstrictione ab ex veniente: silr ictus vel casus vel obuiatio in regione epatis rōne quaz hu. ad ipm fluūt ⁊ faciūt oppilationē ⁊ cibi grossi vt caro porcina bouīa ⁊ caseus ⁊ panis azim⁹ frumētū coctū amidū ⁊ suba legumenū. Alia cā pⁱmitiua pōt eē fritas exterior vt ponit Gal'. 12. de ingeᵒ. c. 2ᵒ. ¶ Cāe ancedētes fm q̄ scribit Gal'. 10ᵒ. de ingeᵒ. c. j. Et Auic. 14ᵃ. 3ᶦ. trac. 2ᵒ. c. 5. Et Haly. 2ᵒ. tegᶦ. cōmenᵒ. 9ᵒ. Et Aui. i. 14. ibi: Humidū quidē simul ⁊ calm. Et Aui. i. 14. 3ᶦ. c. de oppilationib⁹ epat̄ sunt humores multi aut grossi aut viscosi in venis vł in corpe vel in eo generati siue san. grossus in eodē epate ge/

neratus a quo epar nutrit᷑. Alia cā pōt eſſe frigi-
ditas humoꝝ q̄n occurrūt frīo epati ī q̄ ingroſ-
ſant᷑. ſiliter chilus groſſus in quo ſunt multe fe-
ces qui cum degerit᷑ dimittit multas feces poſt
ſe poſtq̄ ſubtile tranſiuit. ¶ Cauſe ꝯiuncte op-
pilatiōis epatis. Pma cā ꝯiuncta pōt eſſe na-
turalis ſtrictura vel ꝯſtrictio venarū vel canaliū
a pma ſui creatiōe: vt dicit Ga. io. de inge°. c. ij.
⁊ iij. teg⁹. cā̄. 72. ibi. Alijs vo cuſtraxim in epate
habētibus. Et Aui. in loco vltimo allega°. Alia
cauſa ꝯiuncta ſunt ipi humores groſſi ⁊ viſcoſi:
vel multi frigidi diuiſim vel ꝯiunctim in venis
eius iam multiplicati vel ingroſſati ⁊ iā in actu
obturationē facientes vel ipa fex chili groſſi in
ramis venarū epaꝛ ingroſſata ⁊ derelicta. Alia
cā ꝯiuncta pōt eſſe regurgitatio ſan. ad epar ꝓ-
pter mutilationē aliquoꝝ mēbroꝝ vel ꝓpter re-
tentionē mēſtruoꝝ vl' emoꝛro. ꝯſuetarū. Alia cā
ꝯiuncta eſt apā in epate. Et q̄n iſte cauſe ꝯiun-
cte multiplicant᷑ ⁊ ꝑ multū tp̄s ꝯtinuant᷑ cauſāt
pmo oppilationem in multiꝭ locis epaꝛ q̄ aliq̄n
ſunt cā putrefactiōis ⁊ ꝑ ꝯñs fe. Aliq̄n ſunt cau-
ſe apātis. ex q̄bus hydropiſis frequēter gn̄atur.
Aliq̄n ſunt cāe retētionis ventoſitatis ⁊ grauita-
tis ⁊ doloꝛis ⁊ extēſionis in dextro hypocūdrio
pcipue dū ventoſitas inter duas obturatiōes re-
cludit᷑ ⁊ exalare nō pōt. nā ventoſitates retente
⁊ humores concluſi in epate ꝑ aſſuetos cōductos
pcedere nequeūtes dolorē extenſiuū ⁊ aliquan-
do grauatiuū in dextero hypocūdrio ⁊ epatis re-
gione ſunt gn̄antes. Aliq̄ dixerūt q̄ aliq̄n gn̄at᷑
caro vel aliq̄d additamētū in venis epatis faci-
ens obturationē. ſed dic̄ Aui. q̄ hoc accidit ra-
ro q̄ oꝛificia venarū ſunt neruoſa iō caro ſuper
ea gn̄ari nō pōt. Et poſito q̄ oꝛiat᷑ in vno oꝛifi-
cio nō eſt veriſile q̄ in oībus oꝛificijs cū ſint plu-
ra ſiſes excreſcētie oꝛiātur: ſed eſt veri⁹ ſile q̄ ex
multis viſcoſis hūoꝛibus ⁊ groſſis ſiue flāticis
frīs vel a ſan. groſſo vel a fecibus coꝝ plura coꝝ
oꝛificioꝝ vnū poſt aliud obturētur.

Signa opplōnis epatis quedā ſignāt
egritudinē ⁊ iſtoꝝ q̄dā ſumūt᷑
ab expulſis ⁊ alia a retētis in ipo epate. Ab ex-
pulſis quia egeſtio eſt humida ⁊ chiloſa ⁊ ſubti-
lis ⁊ multū humida ⁊ multa eſt ꝓpter cōmixtio-
nē chili: q: q̄d deberet mittere ad mēbra nutriē-
da cum fece que deberet eſſe ſicca in parua q̄nti-
tate miſcet᷑ ⁊ ſic creſcit q̄ntitas vltra cōſuetum.
Et ſilr humiditas ⁊ ſubilitas. ⁊ hoc maxime in-
telligitur quando oppilatio eſt in cōcauo epaꝛ:
que frequentius accidit vt dicūt auctoꝛes vꝛina
eſt ſubtilis ⁊ clara ⁊ citrina. Si opplō eſt a calo-
re ⁊ alba. ⁊ ſi eſt a frigoꝛe ⁊ pꝛecipuū ſignum eſt
grauitas in dextro hypocūdrio ⁊ diſcoloꝛatio fa-
ciei. ¶ Ex retētis ſumunt᷑ ſigna q: quāto plu-
res in eo retinent᷑ hu. vel ſuptilitates tanto ma-
ioꝛ grauitas ⁊ extenſio in epate reperiunt᷑: quia
non remittunt᷑ ad coꝛpis nutritionē nec ꝑ poꝛ-
ticum conſuetū expellunt᷑. ¶ Aliud ſignū egri-
tudinis eſt paucitas gn̄ationis ſang. ⁊ per ꝯñs
ſpūū de q̄bus diſcoloꝛatio ſequit᷑ ⁊ debilitas to-
tius coꝛpis. ideo non pn̄t laboꝛare nec aſcende-
re per gradus nec pergere ad altam montaneā:
quia caloꝛ naturalis ⁊ ſpiritus maxime motiui
deficiunt. ⁊ ideo motiua virtus nō poteſt opera-
ri ſine inſtrumēto. imo quādo mouent᷑ ⁊ labo-
rare nituntur accidit eis difficultas anhelitus ⁊
quaſi pulſatio circa clibanū pectoꝛis ꝓpter vici-
nitatē ⁊ cōtcationē membroꝝ anhelitus cū epa-
te: vt dicit Aui. Et ꝓpter hoc dicebat Conſtan.
q̄ furcule ſemꝑ mouent᷑ nec quieſcūt a pulſatio-
ne. Et in talibus nō ſolū epati verū ⁊ pulmoni
intendēdū eſt. Sunt etiā diſcoloꝛati. quia ſan.
ſpergi nō pōt ad cutis ſuperficiem vt bonus in
eo generet᷑ coloꝛ ⁊ reſplendēs cū ibi nō ſit quāti-
tas nec qualitas ad illud peragendū ⁊c. ¶ Si-
gna cauſarū pꝛimitiuarū ex iudicio pa. ⁊ ſocioꝝ
poteſt haberi. Similr ſi eſt a retentiōe mēſtruo-
rum vel emoꝛro. etiam faciliter poteſt ſciri per
relationem pa. Si ſit pꝛopter vſum ciboꝛū ſti-
pticantiū groſſoꝝ ⁊ viſcoſoꝛū. nam iſto mō op-
pilatur epar ex fecibus chili groſſi. Quādo aūt
ibi eſt ventoſitas incluſa nō adeſt grauitas: ſed
extenſio magna. Et ſi eſt ab apoſtemate eſt ibi
grauitas ⁊ doloꝛ ⁊ fe. ⁊ alia ſigna dicta in. c. de
apoſtemate epatis. ¶ Inquirendum eſt igitur
ſi fuerit vſus cibis oppilātibus vel aquis luto-
ſis vel leguminibus vel fructib⁹ per multū tp̄s
⁊ ſic de alijs. nā per talē inquiſitionē veritas po-
terit inueniri.

Judicia in oppilatiōe epatis. Auic. in
14. 3⁹. c. de opplōne epaꝛ dic
ſic. Et oppilatiōes quedā epatis ſunt ex mrībus
egritudinū eius. ita q̄ poſſum⁹ iudicare q̄ peri-
culū eſt q̄ opplōnes ſequat᷑ hydropiſis aut apo-
ſtema aut alie egritudines eius ⁊ ſic pmo epaꝛ:
ſcdō totius coꝛpis cauſabit egritudines ⁊ nocu-
mēta. ¶ Scdō in cura oppilationū vbi nō eſt
apā fe. nō inuenit᷑: ſed grauitas ⁊ extētio ⁊ doloꝛ.
¶ Tertio niſi cito oppilatiōi epaꝛ ſuccurrat᷑ pe-
riculū eſt q̄ vnus meat⁹ poſt aliū claudat᷑ et ſic
ſubiectum cito ibit in ruinam.

Declaratio in fe. ethica. Prio no tandū ꝙ spēs fe. ethi^e apud latinos nō hn̄t noīa specificata sic hn̄t mlr te alie egritudies vt est do^r capit̄ hydropis lepra ⁊ egritudines renū ⁊ intestinoꝝ. Et cā isti⁹ ē: q̄a vtplin p̄us venit ad scdāȝ spēm añq̄ cogscatur ⁊ fortasse ad 3^am. ℂ 2° q̄rit̄ q̄re in ethica nō ita ci to ꝯsumit̄ cābiū vel glutinū sic ros: Dico ꝙ ros est subtilioris sube. iō citi⁹ ꝯsumit̄. iō ad ꝯsuptio nē ei⁹ sequit̄ p^a spēs ethice fe. sic dcm̄ fuit in iu diciis. Alia cā ē. q: nā est mag̃ sollicita de ma^a di gesta ⁊ de mag̃ p̄pata vt ſ me^m: ſȝ cābiū ⁊ gluti nū sunt magis digēa ⁊ prepata: vt ſ pars me^r ꝯ̄ ros. iō diligēti⁹ a naa custodiunt̄. iō tardi⁹ con sumunt̄. ℂ 3° scias ꝙ dcm̄ fuit supius in cura p ticulari ꝙ post balneū aq̄ cal'e vnguēdi sunt cuȝ oleis ⁊ vnguētis fris. Et cā isti⁹ est. q: p calorem balnei pori apiunt̄ ⁊ hūiditas nāalis attrahit̄ v̄sus ptes exteriores. ⁊ tūc q: pori sūt rari ⁊ apti tales hūiditates subtiliatē exalarēt nisi fieret po roꝝ clausio cū vnctiōe oleoꝝ ⁊ vnguētoꝝ frioꝝ vel cū roratiōe aq̄ q̄si frie. Per ista em̄ pori clau dunt̄ ⁊ hūiditas nutrimētalis ingrossat̄ ⁊ in sub stātiā mēbroꝝ ꝯuertit̄. etiā corp⁹ infriat̄ ⁊ hūecta tur. ℂ Quarto scias ꝙ Ga. in li. de mala cōplo ne diuersa in col'. 5. ꝯcludit ꝙ mala cōpl'o diuer sa est q̄ñq̄ cā male cōpl'onis adeq̄te. Tūc enim mala diuersa est in termino sue actiōis qñ mala diuersa est introducta. ⁊ dicit h̄ vba. Cū aūt oia p̄ma corpis me^a integre ⁊ pfecte sunt calefacta dr̄ f. illa ethica q̄ est fixa ⁊ h̄ ideo qm̄ eius essen tia tūc nō cōsistit in hūiditatib⁹. i. hūorib⁹ ⁊ spū tm̄. sed est p̄ter hoc in corpib⁹ q̄bus adest frio ⁊ cū hac febre nō est passio nec dolor. Et estimat patiēs ꝙ nullo mō sit in eo febris: qm̄ nō sentit cal'itatē. h̄ ille. Ex istis dictis pȝ ꝙ in ethica lȝ sit supcalefactio in hūoribus ⁊ spiritib⁹: etiā in mē bris radicalibus: tn̄ fe. nō sumit nomē nisi ab il lis q̄bus subiectiue ⁊ p̄ncipalr̄ fundat̄. Si enim spūs p̄mo ⁊ pncipalr̄ supcalesiūt sic erit fe. effi mera. ⁊ si hu. sic erit fe. hūoralis. Si me^a p̄ncipa liter supcalesiūt: erit ethica. Ita ꝙ q̄uis in vna quaq̄ oia ista tria. s. spūs ⁊ hūores ⁊ mēbra ra dicalia supcalesiāt ex aliq̄ fe. tn̄ illa fe. nō sumit nomen nisi ab eo in quo subiectie ⁊ p̄ncipalr̄ in est. Iō ꝯtingit ꝙ nulla fe. cuiuscūq̄ spēi sit pōt dimittere fe. effimerā post se. q̄uis effimera post se possit dimittere alias duas spēs ⁊c. q: nō ē ve risil'e ꝙ mēbra radicalia supercalesiant qn̄ spūs ⁊ hūores prius calesiant ⁊ inflāment̄: nō tn̄ sub iectiue ⁊ pncipalr̄. ideo qn̄ vna est non est alia: nec oēs simul existūt. ℂ Quinto dicit Ga. in meg^r. ptica. 9. col'. p̄mo. ꝙ si effimera debeat in aliā febrē mutari: mutabit̄ in putridā vel ī ethi cam ſȝ h̄ fit vtplin in calidis ⁊ siccis corpibus. Si medici errent in regimie coꝝ cuȝ abstinētia ⁊ negligentia humide dicte. Primo mutat̄ ī acu tam: postea in ethicā. In calidis v̄o ⁊ hūidis q: sunt putrefactiōi pati: effimera mutat̄ in syno chā p̄supposito p̄dicto errore ⁊ ꝙ diu pmaneat. Et si nō curet̄ vt or: aut morit̄ aut in ethicā mu tat̄. vbi. s. ℂ Sexto nō ꝙ ethica p se sola est sine vicio alicui⁹ humoris. Et iō nec flōmia nec pur gatio ei competit: nisi esset composita cū putri da. tunc em̄ pōt vtrūq̄ cōpetere. Sed tūc dubi tat̄ quō mala diuersa ⁊ mala eq̄lis simł esse pn̄t in eodē subo: Dico ꝙ sic q: ardētib⁹ lignis soli dis adhuc stupe in cōcauitatib⁹ coꝝ ꝯtēte ⁊ inflā mate pn̄t simul ardere ⁊ inflāmarꝫ stupis vl' ari stis lig̃ solida remanēt inflāmata. silr nec sudor eis ꝯpetit nec artificial'e nō eis ꝯpetit n^e exerci^m.

ℂ Caplin. 16. de sudore.

Propterea q: fe. aliñ ad bo nū aliñ ad ma lū p sudorē t̄miant̄. iō bonū ē ꝙ p⁹ de clinationē fe. de sudore ſ mētio. Est sudor ē hūiditas exiēs a corpe p poros cutꝫ fctā ex vapib⁹ a corpe resolutꝫ iux̄ corpis supficiē ꝯdē sata. Vel dico cū Gord°. ꝙ sudor est vapor hūi dus ab interiorib⁹ resolutus iux̄ corpis supficiē ꝯdēsatus. Sudor sic ceteri effect⁹ hȝ q̄tuor cās

fcꝫ mālē efficientē formalē ⁊ finalem. Cā mālis sudoris est maª vel hūiditas vl' hūor in mēbris ⁊ eoꝝ porositatib' extis. Cā efficiēs est caˡ dissol uens ⁊ ꝯuertēs talē hūiditatē i fumū siue illa ca liditas sit iterior siue exterior. Cā formal' ē fritas ꝯdēsans illū vaporē vl' fumū int̄ cutiꝫ ⁊ illa fri giditas nō ē absoluta ſʒ cōpata. Videm' eñ φ i alēbico q̄uis sit calor: vaporē rex distillabiliuꝫ ꝯdēsari. Cā aūt final' ē purgaº corpis a supflui tatib' vt per eas actio nature non impediatur.

Cause sudoris q̄dā s̄t p̄mitiue. q̄dā an̄te dētes: ⁊ q̄dā ꝯiūcte. Primitiue s̄t sic nīa calˡitas aeris nimi' labor maxᵉ in tpe calo balneū ⁊ isufflatio vēti austral'. Mag coopertura pānoꝝ vl' plumaceoꝝ vl' pelliū. ¶ Cāe anceden tes sunt hūores vel hūiditates in corpe extes. ¶ Cāe ꝯiūcte sudoris ē forꝭ calefacº ⁊ subtiliaº illi' humiditaꝭ ⁊ igrossaº ei' sub cute ⁊ raritas ⁊ aptio poroꝝ p q̄s exit: q: si eēnt clausi aut ꝯstipa ti vt accidit in ydropisi nunq̄ exiret sudor. Dic Cōstan. quē seq̄t. Gordo. in isto φ sudor est du plex. q̄dā ē nāl' q̄ fit a bona ⁊ pfecta crisi vl' i die bus iudicatis ⁊ in exercitijs tpaꝝ vl' in tpe esti uo. in tali eñ sudore nocitiua expelluntᷣ ⁊ nō vti lia: ⁊ iste ē cū bona tollerātia ⁊ alleuiatiōe. Ali' sudor est innaturalis ⁊ dia foreticus ⁊ sinthoma ticus vt appet in nimijs dolorib' ⁊ i morietib'.

Signa sudoris. Pº si sudor sit mlt' mul titudo maᵉ aut ei' aq̄sitas ⁊ sub tilitas sigᷣ ⁊ fortitudo v̄tuꝭ liq̄factiue ⁊ expulsi ue: ⁊ sigᷣ raritas poroꝝ. Paucus āt sudor ē sigⁱᵘ paucitaꝭ maᵉ vl' viscositaꝭ eius ⁊ grossitiei aut sigᷣ debilitas v̄tuꝭ. ¶ 2º. sudor rubeus sigⁱᵘ est dñij sanguis. si citrinus colera sigᷣ. si alb' flā. si niger melācolia. ¶ 3º sudor fetidus corruptio nē ⁊ putrefactionē hūoꝝ sigt. Silr pñt notari singularia per saporē: q: dulcedo eius sigt san. ⁊c̄. amaritudo coleram ⁊ sic de alijs.

Iudicia in sudore. Priº iudicat ypo cras. Sudores febricitāti si cepint boni tertiāi q̄ntani. 7ª. ⁊ q̄ in. 9ª. die. ⁊ . iiª. ⁊ 14ª. ⁊. 20ª. ⁊. 21ª. ⁊. 24ª. ⁊. 27ª. ⁊. 30ª. ⁊. 31ª. ⁊ 34. ⁊. 37ª. ⁊. 40ª. hi sudores egritudinē iudicāt q̄ v̄o nō ita fiūt: dolorē sigūt: ⁊ lōgitudinē egri tudis ⁊ ꝯuersionē. 4º. āpħ. amº. 36. oēs isti dies sunt cretici. Et seq̄t in cōmēto nō solū sudores ſʒ ēt egestiōes mlte ⁊ vrinaꝝ quātitas ⁊ apata post auriculas laudabiles s̄t si in dieb' creticis appeant. Et seq̄t in eodē cōmēto. Morbi enim hos termios trāseūtes nō crisiꝫ cū sudorib' sūt faciētes nec cū egōnib' ſʒ poti' cū dissolutiōib' paulatim exeuntibus vel cū apatibus. hec ille. ¶ Scdo iudicat ypo. p sudorē: sudores fridi cū acuta q̄dē fe. facti mortē sigūt. Cū molliori v̄o fe. lōgitudinē egritudis sigūt. 4º. āpħ. ampº. 37. cā est q: sigt φ materia est multa ⁊ φ calor nā lis est extinct' vel ppinqu' extinctioni. ¶ Tertio vbi in corpore sudor ibi narrat egritudinē. 4º. ampħ. āpħ. 48. Et cā istius est: q: si maª morbi spergatᷣ necesse est totū corpus sudore purgetᷣ. sudor eñ nihil alind est nisi purgatio nature a nimijs supfluitatibus: tūc crisis eē pbatᷣ bona. Aut hūiditas morbo cogente a corpe dissoluitᷣ: φ q̄n fit ex solis locꝭ ē vbi regnat ifirmitas Gal. in cōmēto eiusdē. ¶ Quarto docet ypo. iudica re per sudorē sine fe. sic mlˡtus sudor ex somno sine aliqua cā manifesta factus sigt q̄m corpus plurimo cibo vtitᷣ. Si v̄o cibo nō accipiēti hoc fit: sigt q̄m eūatione indiget. 4º. ampho. ampº. 41º. Et sequitur in cōmento. Si eñ ex cibis est facile soluitᷣ. Si aūt ex hūoribus eueñtᷣ. Mult' enim labor ⁊ fatigatio sudorē facit. ergo q̄n in hūoribus vel cibis digerendū laborat natura: fit sudor necessario. Et sequitᷣ in fine cōmenti. Multus enim sodor duobus modis fit. aut ex multo cibo añ morbū accepto q̄ cā est hui' ma terie. aut ex cibi in morbo assumpti multitudie qui si fuerit añ morbū purgentᷣ: pñs v̄o abstinē tia corrigatᷣ ibidē. Ex isto habes φ replō antiq̄ ſʒ hūoꝝ corrigatᷣ per purgationē ⁊ nouella per abstinentiā. ¶ 5º. febricitanti oīs sudor supue niens nō deficiēte fe. malum. plongatᷣ morbus ⁊ humores multos sigt. 4º. ampho. ampħ. 56. ¶ Sexto docet Aui. i. 2ª. fen. 4ª. trac. pº. ⁊ post multa verba dicit sic. Sudor iterceptus malus est ⁊ sigt lōgitudinē egritudis ppter multitudi nem maᶜⁱ ⁊ nō cōuenit habēti eū flōia nec solo vētris ppter debilitatē suā imo clisteria leuia. Et q̄n post sudorē nō venit leuitas nō est bonū signū. ⁊ si facit augmētū in egritudie est malus signū posito φ sit p totū corpus. Sudor festin' in pncipio egritudinis est malus q: sigt multi tudinē materie nisi causa in eo sit hūiditas aeris aut ppter pluuiā multaꝫ tūc est minor malitia. Auicē. caº. de signis sumptis ex parte sudoris. ¶ Septio dicit ypo. In sudore rigor malū est 7º. ampħ. ampħ. 4. Et Gal'. dicit in cōmēto φ accña crisis nō faciētia crisim: sunt signa crisꝭ di screte. i. male terminationis siue morꝭ cum nā in his sit preterita ita vt morbū fugiat. vñ rigor in sudore malū est. hec ille. Cū isto ampho. cō cordat Aui. in loco allegato sic. Et q̄n cū sudore

hor:ipko accidit: nõ est bonũ immo malum. qm̃
hor:ipko sigt̃ expulsionẽ humoris mali nocentis
in corpe: ⁊ illud sigt̃ q̃ sudor nõ mũdificat: imo
mouet de humoribus malis illud: cui⁹ acuitas ẽ
fracta ⁊c. ⁊ sigt̃ q̃ ibi est multa maª. ¶ Octauo
q: fe. vtplm̃ creticant p̃ sudorẽ. iõ ponam⁹ hic cõ-
ditiões bone cris⁹ quas ponit Ga. pmo ampho.
cõmẽto. 20º. ibi. Ea quoꝝ cris⁹. fit ⁊ quoꝝ facta
est ⁊c. ¶ Prima õditio est q̃ fit cum purgatiõe ⁊
nõ cũ apate. ¶ Scõa est vt purgent̃ hũores no-
ciui q̃ sũt cã morbi. ¶ Tertio q̃ fit alteratio mor
bi. ¶ Quarto q̃ fit cũ alleuiatiõe patient̃. ¶ 5º
q̃ fit post aperitionẽ signoꝝ coctiõis. ¶ Sex⁹ q̃
fit in die cretica. vbi supra fuit allegatum. ¶ No-
no in ordine iudicioꝝ iudicat Auic. c. viti. allcº
⁊ dicit sic. qñ debilitat̃ v̄tus pulsus ⁊ sudat frõs
parũ est signũ malũ. si v̄o cadit pulsus est signũ
mort̃. Judicat Aui. ibidẽ de sudore ad bonum ⁊
dicit q̃ sudor bon⁹ cui cõuenit vt sit p̃ ipm crisis
cõpleta: est ille qui fit in die cretica: ⁊ est cõis toti
corpi abundãs sup ipz ⁊ alleuiat̃ infirmus: ⁊ se-
quitur in bonitate illum qui non est per totum
corpus ⁊ succedit ei leuitas ⁊c.

Curatio sudoris. ¶ Prim⁹ cañ. gñal' nõ remoueat̃ sudor don⁹ ma
teria sit pfecte purgata: ⁊ eger sentiat alleuiatio-
nẽ manifestã v̄tute stãte forti. ¶ Scõs egritudi
nib⁹ cõsumptiuis sicut est ethica ⁊ ptisis nõ cõ-
petit sudor. ¶ Terti⁹ est Constãt̃. inviatico sic:
cũ aũt sudor adeo augmentat̃: vt inde v̄t⁹ debi-
litetur. oz ipm restringi. Restringat̃ ergo sudor
discooperiendo corp⁹ vel minuendo cooptoriuz
⁊ si fit ex nimijs cibis assumptis inducant̃ ieiu-
niũ ⁊ abstinẽtia. Et si est pp̃ter corpis repl̃ones
digerat̃ ⁊ purget̃ hu. peccans ita q̃ fit diminutio
in hu. supabundantibus qui sunt materia sudo-
ris. deide vngat̃ corp⁹ cũ oleo ros. ⁊ oleo nenuf.
⁊ salicino ⁊ oleo citonioꝝ: ⁊ quolibet p̃ se vel si'
mixt̃. ¶ Uel fit sic. ℞. ros. ℥. ij. sanð. ru. balaust.
añ. ℥. j. gallaꝝ frondium mirte. añ. ℥. j. coquãtur
oĩa in. 2. lb. aque vsq̃ ad tertiam partẽ ⁊ coletur:
⁊ addat̃ olei ros. lb. j. ⁊ coquat̃ iterũ donec aqua
sit cõsumpta. ⁊ de isto oleo frio vngat̃ pa. maxie
pect⁹ ⁊ latera. Et potet de sirº ros. vel iulep cum
aqua frigida. flabellet̃ cũ flabellis. vel aspgatur
pect⁹ ⁊ latera cũ panno in aqua frigida madefa-
cto. ⁊ dormiat solus in lecto duro ⁊ sit male coo-
ptus. ¶ Si aũt volum⁹ sudorẽ pūocare: coopi-
at se bñ pa. ⁊ ponat caput infra coopimẽta ⁊ an
helet ifra ⁊ põat cucurbitã plenã aq̃ calã ad pe-
des vel ad latera. Et aliqñ vngat̃ pa. cũ oleo ca-
mo. ⁊ laurino vel vino: ⁊ vngatur dorsum ⁊ totũ
corp⁹. Jtẽ piper ⁊ cinamomũ calam⁹ aromatic⁹
rauponitic⁹ piretrũ reubarᵐ cost⁹ cassialigª car-
pobalsa' sansuc⁹ succus mẽtast' mixta vel sepata
bulliant̃ in oleo vngat̃ vt supra dictũ est. ⁊ pūo-
cabit̃ sudor. Uel fit suffumigia fimbrijs p̃otẽsis
cum castoreo vel calamento ⁊ carpobalsamo. et
se. vrtice ⁊ carui simul tritis. vel coquant̃ herbe
calide in olla. ⁊ fumus sedẽdo in sella pforata re
cipiat̃. Mentastrũ terat̃ ⁊ succ⁹ eius bibat̃ cum
aqua mell̃: calefacit fortit̃ ⁊ educit sudorẽ. Haly
de regali dispõne. Uel fit balnea ⁊ stuphe dicte in
spasmo ⁊ paralisi: ⁊ sic sudor pūocabit̃ deo dãte
¶ Alius mod⁹ est pūocãdi sudorem quẽ modũ
pro nunc dimitto.

Declaratio in sudore. ¶ Priº sciẽ dũ sm ypo. 4º. ãphoꝝ.
amph. 42º. q̃ sudor mult⁹ calid⁹ vel frigid⁹ sup
fluẽs supple ante sig̃ digõnis ⁊ nõ in die cretica.
talis em̃ sudor si sit frigid⁹ sigt̃ lõgiorẽ egritudi-
nẽ. calid⁹ v̄o minorẽ desigt̃. Et sequit̃ in 2º. Cum
ambo multos hu. significẽt frigid⁹ frõs. ⁊ calid⁹
calos. Uñ h' calid⁹ minorẽ designat infirmita-
tẽ. frigidus v̄o maiorem designat egritudinẽ: q:
multã materiã cũ pauco calore õndit. econtrario
v̄o calid⁹ sudor multũ calorẽ cũ pauca maª: ⁊ iõ
minorẽ õndit egritudinẽ: vbi s. ¶ 2º itelligẽdũ
sm qð dicit Ga. in pº ãpho. 2º. is. aucte Diafori
⁊ ipse pbat: q̃ sudor est pret̃ naturã q: sic cursus
corporis est sm cursum nature ⁊ natura cibo do
minãs ipm vicerit nõ ad cutẽ supflui cibi mun-
datur sensibilis: sudor em̃ in laborib⁹ ⁊ nimijs ex
ercitijs vel calorib⁹ extra naturã fit fatigationi-
bus. h ille. ¶ 3º nota q̃ ypo. pº pūosti. cañ. 29º
docet pūosticari p̃ sudorẽ sic. Sudor bon⁹ ⁊ lau-
dabilis existit q̃ in die cretico fit ⁊ egruz liberat.
Est etiã bon⁹ q̃ fit in toto corpe ⁊ eger ex eo libe
rat̃ ⁊ suauior ⁊ fortior efficit̃. q̃ v̄o nihil hoꝝ fece
rit: is est inutil̃. frigid⁹ aũt ẽ mal⁹ peior si i ceuĩ
ce ⁊ in capite solo. in acuta q̃dẽ egritudie mortẽ
sigt̃. cũ lenta v̄o plixitatẽ significat egritudinis:
Et Ga. in cõmento dicit q̃ ille qui fit in solo ca
pite ⁊ ceruice q̃uis sit calid⁹ est mortalis. idẽ dic
Aui. ¶ Quarto dubitat̃ quõ cũ acuta fe. põt ve
nire sudor sic ðr in. 2º. iudicio aucte ypoc. Dº q̃
Ga. in dicto 2º ponit quõ h p̃t fieri dicẽs sic q̃ su
dor frigid⁹ nõ emergit ab illo loº i q̃ ẽ calor febri
lis: q: si ibi necio ẽ calor febril' necio. sudor cales
ceret: s cũ sudor exit p̃ cutẽ: q̃ si sit friia: necio sudor
exiet frig⁹ in interiorib⁹ calescentib⁹. sudor igit̃
frigid⁹ in egritudie acuta fit: sic cũ hũor alicubi

putrefit.⁊ cū h̄ caloꝛ nālis deficit. ⁊ febriſ nō pt
venire ad extrema corꝑis ꝑꝑ oppilatiōes. vł ꝑꝑ
aliud cū agit in illꝰ⁊ ↄuertit aliquā ꝑtē coꝝ i va
porē:ille vapoꝛ veniēs ad ſupficiē corꝑis⁊ cutis
inueniet ibi friditatē ⁊ igroſſaſ ⁊ exit.vł exit pᵒ⁊
poſt igroſſaſ in cutꝭ ſupficie ⁊ itellige:ꝙ iſte ſu-
doꝛ nō infridaſ tn̄ ſub cute qn̄ exeat ꝑ poꝛos q̄
adhuc ſunt apti rōne caloꝝ febriſ ꝓcedētis: ſed
qn̄ ē ſup cuti ifridaſ.¶ 5ᵒ. clarificat Goꝛdoniꝰ
dicēs ꝙ ſi ſudoꝛ venit ex cāis itrinſecꝭ vt plᵒimū
venit de nocte ⁊ magꝭ in hyeme ⁊ magꝭ in doꝛ-
miēdo q: in iſtis caloꝛ nālis ē foꝛtioꝛ. Si āt ve-
nerit a cāis extrinſecꝭ: magꝭ venit in vigilijs ⁊ in
eſtate ⁊ in die. Et dic̄ Aui. nō fit ſudoꝛ fridꝰ niſi
iā ceciderit calꝛitas innata q̄re nō ↄſeruat hūidi
tates imo ſepaſ ab eis:⁊ ſudoꝛ pᵒ venit in parte
aīterioꝛi:q: ꝑs calidioꝛ ē ſm ipꝫ Goꝛᵐ. ¶ 6ᵒ. nō
ꝙ ſi in die iudicatiua nā fecit aliquā ſiłitudineꝫ
ſudoꝝ ⁊ in die cretica ſeq̄nti nō venit ille ſudoꝛ
circa finē ſtatꝰ:q: naſa ē ſopita ⁊ negligēs tūc
medicꝰ oꝫ icitare⁊ iuuare nām in ꝓuocādo ſudo
rē:q: coadiutoꝛes naſe ſumꝰ. ¶ 7ᵒ. nō ꝙ poſtq̄
hō ſudauit ꝑ bonā pauſaꝫ ⁊ volumꝰ ꝙ āpliꝰ ſu-
det:debemꝰ paulati abſtergere ſudoꝛē.ne ſudoꝛ
remanēs ſup poꝛos cutꝭ claudat eos.⁊ h̄ ſꝭ.terꝛ
q̄ter ſuauiſ cū pāno calꝭo ſine euētatiōe: ⁊ ſudet
vſqꝫ ad fatigationē ſudantꝭ.ſnia eſt Aui.caᵒ.ſiłi
de accidētibꝰ febriū. ¶ 8ᵒ. ſcias ſic dicit Aui.in
2ᵃ.ſen.4ᵃ.in iudicijs ſumptꝭ a ſudoꝛe ꝙ iſta ſig
diſtiguunſ aliq ꝑ tactū:vt ſi ē calidꝰ vł fridꝰ: aliq
ꝑ caloꝛē:aliq ꝑ quātitatē ⁊c. Vn̄ ſcias ꝙ in bōa
criſi oꝫ venire ſudoꝛ calidꝰ ꝑ totū coꝛpꝰ: ⁊ oꝫ ↄti
nuari eq̄lꝛ vſqꝫ ad finē terminationis. Aliq ſudoꝛ
eſt mltꝰ ꝑꝑ ↄſumptionē hūiditatꝭ ſubtił.vel ꝑpē
caloꝛē foꝛtē reſoluētē hūiditatē in coꝛꝑe:aut ꝑꝑ
mltas hūiditates in coꝛꝑe aggregatas:aut ꝑpē
raritatē coꝛꝑis ⁊ poꝛoꝝ cutꝭ.aut ꝑpē foꝛtitudinē
expulſiue ⁊ debilitatē retētiue. Sudoꝛ aūt ꝑuꝰ
fit ꝑpē cās ↄrias iſtis. ¶ Itē per tactū:q: aliq ſu
doꝛ eſt fridꝰ.⁊ tūc ſig̃t hūoꝛes fridos ⁊ extictio-
nē caloꝝ innati. Et ſi apꝑet in moꝛbis acutꝭ moꝛ
tem ſig̃t. Et ſi in moꝛb cronicꝭ vł lentꝭ: lōgitudi-
nē moꝛbi ſignat. Calidꝰ aūt ſig̃t hu.calos ⁊ ab-
breuiationē egritudis. Et iſta debemꝰ ↄſidera-
re:ſi veniat in pnᵒ egritudis vł in diebꝰ idicatis.
Et ꝑ coloꝛem ſiłr diſtiguiſ q: albꝰ dn̄ium flātis
oſtēdit.⁊ rubeꝰ dn̄ium ſanguis.liuidꝰ mł'iaꝫ.cro
ceus vel citrinꝰ colerā. Siłr ex ꝑte odoꝝ: q: feti-
dus coꝛruptionē ſig̃t hūoꝝ ⁊ coꝝ malitiam.⁊ ſi
odoꝛ ē bonꝰ:ſig̃t eq̄litatē hūoꝝ. Et ꝑte ſiłr ſapo
ris q: eiꝰ dulcedo dn̄iū ſanguis.amarꝰ colerā.

ponticus melancoliā. ⁊ ſtipticus ſiłr. inſipidꝰ flā
ſalſum. Et ꝑte ſube ſeu liq̄ris:q: viſcoſus ⁊ groſ
ſus ſig̃t hu.groſſos ⁊ viſcoſos.ſubtilis atteſtaſ
ſup humoꝛes ſubtiles ⁊ intellige ꝙ aliq̄n poꝛi
ſunt ita aperti:⁊ ſan.ita ſubtilis ꝙ ſi iſte ſudet⁊
ſudoꝛ abſtergatur cum panno lineo: ille ſudoꝛ
videtur ſanguineus.

¶ Capitulum.7ᵐ.de variola ⁊ moꝛbillis.

V Ariole ⁊ moꝛbilli ſunt veſice
nate ſup cutim ex ſan-
guinis ebullitiōe.cuiꝰ ebullitiōis fer-
mentū ⁊ materialis cā eſt aliq̄ ꝑs ſan
guinis mēſtrui in aliq̄bꝰ ꝑtibus vł poꝛoſitatibꝰ
mēbꝛoꝝ in ꝓᵃgn̄atione derelictꝰ vł retentꝰ. Et h̄
vltimū dico ꝙ pauciſſimi ſunt:ſi ſuo naſali tꝑe
viuūt:q̄ euadāt:qn̄ hēantvariolas ⁊ moꝛbillos.
Et q: tn̄ ſunt cōes oībꝰ:vꝫ ꝙ fermentū iſtoꝛum
ↄhaſ a ꝓᵃgn̄atione ex ſupfluitate vł ifectiōe ſan
guinis mēſtrui. naꝫ ex purioꝛi parte fetꝰ nutriſ.
feculētia aūt in poꝛoſitatibus retinetur.

Cauſe variolaꝝ ⁊ moꝛbilloꝝ q̄dā pn̄t eē
ꝑmitiue:q̄dā ān̄cedētes:q̄dā con
iuncte. ¶ Cāe ꝑmitiue ſunt nimia alteraᵒ aeꝝ i
ſuis q̄litatibꝰ ſolū vł ad coꝛruptionē vel altera-
tionē ⁊ putrefactionē. Ita ꝙ iſte aer coꝛruptꝰ ⁊
putrefactꝰ calefacit ſanguineꝫ ⁊ hūoꝛes. ⁊ facit
in eis accidere ebullitiōeꝫ:ſiłr ſtare diu ſub ſole.
¶ Cāe ān̄cedentes ſunt freq̄ns replᵒ ciboꝝ fa-
ciliter coꝛruptibiliū vt ſūt lac ⁊ piſces ſiłr come
ſti.ſiłr replᵒ mali ſanguis. ſiłr dimiſſio flōie cō-
ſuete in ſanguineis⁊ repletis⁊ ſiłia. ¶ Cāe cō-
iuncte ſunt ipſamet ebullitio ⁊ calefacᵒ in ſanᵉ
⁊ humoꝛibus ⁊ in ſanᵉ mēſtruali fermentante
aliū ſanᶜⁱᵐ.ſiłr ⁊ hūoꝛes ⁊ coꝛruptio ſanguinis
⁊ humoꝝ ex iam dicta fermētatiōe procedens.

Signa in moꝛbilł⁊ varioł ſūt ꝙ ān̄ce
dit eis doloꝛ in doꝛſo.⁊ accidit
eis pruritꝰ auriū vł nariū ꝑꝑ vapoꝛes q̄ eleuanſ
ab illa maᵃ ad dcā mēᵃ⁊ adeſt timoꝛ in ſōno. q:
maᵃ eſt hoꝛribił.⁊ iō fumi ⁊ vapoꝛes q̄ ab ea ele
uanſ ad caput faciūt tioꝛē i ſōᵒ:⁊ ſentiūt pūctio
nē i coꝛꝑe.q: maᵃ ē q̄ſi venenoſa cū ſui acuitate.
⁊ aliq ꝑuitatē i mēbꝝ ſentiūt.adeſt rubedo in fa
cie ⁊ i ocuł cū q̄dā tumoꝛe.hn̄t ēt extēſionē bra-
chioꝝ ⁊ oſcitatiōes ⁊ doloꝛē capitꝭ. Et apꝑet pᵒ
ꝑua rubedo. deide fiūt ꝑue eminētie ſic gnū mi
lij.deide creſcūt ⁊ fiūt ꝑue veſicule plene aq̄.vn̄
deide icipiūt deſiccari ⁊ fiūt ſic puſtule ⁊ cruſte.
poſtea cadūt. Et qn̄ ſunt māifeſte:accidit rauce
do vocis ⁊ ↄſtricᵒ anhelitꝰ⁊ anguſtia in toᵒ coꝛ-
poꝛe ⁊ doloꝛ in gutture ⁊ i pectoꝛe ⁊ in gigiuis.

Judicia in variolis. ¶ Primo variole q̄
cito appēt sūt salubriores q:
fortitudo virtutis cito expellētis arguit cū obediē
tia ma^e. ¶ Scḋo variole q̄nto pauciores dū mō
infirmi bn̄ gubernēt: tāto meliores: q: paucitas
corrupte ma^e indicat. ¶ 3° variole q̄ cito maturā
tur sine mag̃ angustia: sunt salubriores: maxie si
fe. recedit cū eaꝝ apitiōe. ¶ Itez albe sunt bone
q̄n sūt pauce: ⁊ nō ꝯtinuāt ad inuicē, nā si conti-
nuāt ad inuicē ita ꝙ faciant vnā crustā tenentes
magnū spaciū: sunt male. ita etiā duplices. s. q̄n
sup vnā reuni⁹ alia repit. ¶ 4° variole rubee sūt me
liores: q: sanguinē signāt. Ille aūt q̄ tarde appa
rēt ⁊ tarde maturant. ⁊ q̄ hn̄t colorē nigꝝ vel vi-
ridem aut violaceū nimiaz adustionē aut mor-
tificationē significāt. iō male. ¶ 5° dic̄ Aui. ꝙ va
riole sūt sic̄ vn⁹ mod⁹ crisis. ¶ 6° ſm Aui. variole
vt pl'im accidūt ifantib⁹. deinde iuuenib⁹. raro āt
senib⁹: ⁊ freq̄nti⁹ hūidis plus q̄ siccis: ⁊ plus ive
re. q: v̄r⁹ est fortior: etiā in fine autūni ꝑpt cōesti
onē fructuū ⁊ tp̄is inoptunitatē: tūc etiā morta-
litates freq̄nter iuadūt: q̄s vt pl'im ān̄cedūt vario
le ⁊ morbilli. ¶ 7° morbilli min⁹ accidūt in ocu
lis q̄ variole: q: oculi sūt rare sbē: ⁊ ma^a morbil-
loꝝ est subtil'⁊ euapabil'. ⁊ᶜ cito exteri⁹ euapat ꝑ
raritā ē oculi. ¶ 8° dic̄ Aui. ꝙ morbill⁹ nihil a-
liud ē nisi variola colica: ⁊ nō est alia dr̄ia: nisi q:
ma^a morbilli ē colica: ⁊ iō minor ī q̄ntitatē. ⁊ iō nō
multū eleuat sup cuti nec ꝑfundat infra: ⁊ iō est
maior īflāmatio ⁊ maior angustia ⁊ ocli magis
lachrymant. dolor tn̄ dorsi est minor q: in eo nō ē
tāta repl'o sicut in variolis: q: in variol' iplet vena
sanguine q̄ vadit per dorsum corpis.

Curatio variolarū ⁊ morbilloꝝ. Pri°
ponant aliq̄ canoñ. generales
¶ Prim⁹ ē Aui. in sn̄ia: q: variole nō solū acci-
dūt i cuti ⁊ in pte exteriori: imo etiā in ptib⁹ inte
riorib⁹ ⁊ in oīb⁹ mēbris siliū ptiū appētib⁹ ⁊ oc-
cult̄. iō dicā mēbris interiorib⁹ aliq̄ subuētio ē ad
hibēda. ¶ 2° est formal'r Aui. in sn̄ia. Et ꝯueniē
ti⁹ qḋ in hac admiſtrat egritudie ē flōia. ¶ 3° est
Aui. Propterea ꝙ flōia retrahat illud qḋ exterius
expellit ad intra: iō p⁹ tres dies iceptiōis egritu-
dinis ē dimittēda. ¶ 4° opȝ vt pa. bn̄ coopiat ⁊
elonget ab eo aer frigid⁹: q: poros oppilat. ⁊ ex-
itus coꝝ retardat. Aui. ibidē. ¶ 5°. nō tangat co
rū corpa oleū aliq̄ mō faciēdo īflāmationē ⁊ po-
roꝝ clausionē. ¶ 6° si ex nīa cooptura accidit sup
calefactio aut sincopis. ⁊ nō est excusa°: q̄n detega
tur vel exponat aeri min⁹ calo: illud dȝ fieri pau-
lati ⁊ nō subito. ¶ 7°. q̄n variole vel morbilli inci
piūt exire ⁊ apparere ⁊ nō repit ꝑpter alleuia°: im
mo ligua iuenit īflata decliuis ad nigredinē tūc
caue ne calefacias. Aui. expsse i.c. pp. ¶ 8° ē Aui.
ibidē. Oȝ vt alienes ab ill' q̄ hn̄t variolas ⁊ mor-
billos emplastationē maxi^e emploꝝ frigidoꝝ ⁊ sti-
pticoꝝ ⁊ vētris ⁊ alioꝝ mēbroꝝ ꝑpter timorē ꝯstri-
ctiōis anhelit⁹ subito ⁊ ne ma^a retrocedat: ⁊ ca-
ue ne accidat flux⁹ vētris vel mict⁹ san. ¶ 9° q̄-
uis repcussiua vel stiptica exteri⁹ applicari nō de-
beāt: tn̄ circa oculoꝝ vel itestinoꝝ ptectiones: ista
regl'a nō ē obſuāda. ¶ 10°. Si post sig̃ varioloꝝ
vel morbilloꝝ exit⁹ retardet: dāda sūt q̄ accelerāt
coꝝ exitū. ¶ 11° est cauēdū ne veniāt in fluxū ven
tris. q: ista ma^a corrodēs ⁊ venenosa ē. ⁊ si currat
ad sto^m vel intestīa: vulnerabit ⁊ excoriabit ea: ⁊
ad iteritū reducet eger. ¶ Cura pticularis variola
rū ⁊ morbilloꝝ. In p° iux̄ tenorē. 2^i. cañ. q̄n ap-
parēt sig̃ variole vel morbilloꝝ: tūc fi. flōia de ba
silica replōne sanguīs appente in p̄° vel. 2ª die vl'
in 3ª ante apparitionē variolarū. ⁊ post nequaq̄.
Deide inuoluat in pāno laneo de ꝑsico vel saltez
rubeo: vt ꝑ visionē pāni rubei. san. ad ex̄ moueat:
⁊ sic teneat in calore nō sup̄fluo iuxta tenorē. 6^i.
cañ. Et si bn̄ nō exeūt: ⁊ hn̄t angustiā dent illa q̄
faciūt ebullitionē ⁊ apperiūt oppilationē: sicut ē
feniculum apiū cum zuc. ⁊ decoctio rad. ⁊ semi-
nū istoꝝ cū ficub⁹ ⁊ melle. Et pro cibo detur or-
deatū ⁊ auenatū in potu aq̄ ordei. Et volunt oēs
ꝙ isti vtantur cariq̄: quia habent ꝓprietatē pro-
pellendi materias malas ab interiorib⁹ ad exteri
ora. Et cum hoc dicitur ꝙ aperiunt oppilatiōes
epatis ⁊ splenis. Et vtat festicis ⁊ lentibus i dua
bus aquis cū oleo vel pulla coctis. Fiat tal' pot⁹
℞. cariq̄ nūo. 15. pistacearuȝ. ℥. ij. se. fen' ⁊ apij ⁊
lacce ana. ʒ. iij. lenticularꝝ sine cortice. ℥. j. ⁊ ß. gūi
dragagan'. ʒ. 5. rof. ru. sanḋ. spo'. se. citonioꝝ aā
℥. ß. coquantur in. 8. lī. aque ad tertiam detur ma
ne ⁊ sero. Ad finez coctionis pone croci. ʒ. iij. In
terius ſm Gerardū cremoñ. sumat oxisacara et
zuc. rof. quia extinguūt ebullitionem ⁊ ardorem
sanguinis ⁊ materiam exterius expellunt. ⁊ hoc
etiam ꝯfirmatur ꝑ Auicē. Et detur rob de ribes
⁊ de acetosa ⁊ rob de agresta ⁊ aqua fructuū ace
tosoꝝ ⁊ rob de piris ⁊ de citonijs. Ista cū igros-
sant ⁊ infrigidant sanguinē ⁊ prohibent ipm ab
ebullitione ⁊ tuent sto^m ⁊ intestina ⁊ ad idē va-
lent lentes z^c decoctiōis abiectis pimis. 2. aquis
⁊ fi. acetose cū aq̄ ḡnatoꝝ ⁊ sumach ⁊ agresta ⁊
silib⁹. Et sūat ꝑ cibo vt ma^a trahat ad extra: ⁊ in
interiorib⁹ nō accubat. Et vt variole cito appa-
reant Gerardus cremonens. iubet linthcamen

madefieri i succo fen. ꝛ apij tepidis: ꝛ egrū in eo inuolui. Et Aui. ponit istā medicinā. ℞. lacce ablute. ʒ. vj. lentiū excorticataꝝ. ʒ. 8. gūmi dragagāti ʒ. iiij. decoquant in media. lb. aq̄ donec redeat ad q̄rtā ptē. lb. ꝛ det in potu: vt meā tueāt̃ a nocumēto videlꝫ variolaꝝ ꝛ morbilloꝝ. ¶ Oculus tueāt̃ sic liciū ꝛ acassia ꝛ croc⁹ añ. ʒ. j. cāph. ə. ij. dissoluātur in aq̄ rob. ꝛ freq̄nter cū plūa oculis instilleē. Si iā forte in oculo appet aliq̄ vesicla ꝛ rubedo int⁹ ponat̃ colliriū al. qđ iā fuit dictū i 2°. li°. c. 2 de obtalmia. Et dic̄ Aui. q̄ oleū fisticoꝝ vꝫ multū post variolas ꝛ p⁹ aduētū nocumēti in oculo ꝛ rectificat oculū. Gutturis ꝛ oris nocumēta tueant̃ cū collusione facta cū diamoron cū aqua ordei calā mixto. Et si in gutture sentit̃ dolor bonū est q̄ sumat lābēdo diamoron ꝛ de moris in suo tpe ꝛ sumat succū granatoꝝ in suo tpe ꝛ silia. In nares aūt intromittat̃ succ⁹ mēte cū sanđ. ꝛ rob. de agresta ꝛ aceto ꝛ odorare acem som ē magni iuuamēti fm Aui. Pulmo iuuat̃ cum diapapa. ꝛ si ibi iā fit lesio ꝛ raucitas: recurre ad. c. de raucedine ꝛ coquant̃ liq̄r. iuiub. sebesti ꝛ carice i aq̄. ꝛ addito dragagāto gargarizet ꝛ paulatī deglutiat de aq̄ illa. Sumat etiā de lacte cap̄ tepido dūmō nō ipediat fe. Intestia tueant̃ cū citonio cocto sb prūis ꝛ sūpto cū suc. vel cū rob citonioꝝ. Et si icipit flux⁹ vētris restrigat̃ sic dictū ē in suis capl̄is in li°. 4°. Post q̄ aūt variole exiuerīt pfecte ꝛ iam trāsierit. 4ª dies: ꝛ appet iā mateꝛ: tūc fm Auic. ꝛ fm alios autores meᵗ nece ē vt rūpant̃ cū acu auri ꝛ auferat̃ hūiditas. p h eīn eger alleuiat̃ ꝛ hūiditas corrupta expellit̃ ne caro ab ea corrodat̃ et corrūpat̃ ꝛ ne foueā in ea dimittat. Aliq̄n scindūtur cū forpicib⁹ capita eoꝝ: ne iteꝝ claudant̃. De inde fi. sinapisma cū sale ꝛ pul. lētiū ꝛ fabarū ꝛ orobi ꝛ litargi ꝛ cerusa. ꝛ de isto pul. aspgat̃ in lecto eoꝝ. Hoc aūt docuᵐ ē ꝯ opionē oīuꝫ laicoꝝ q̄ nolūt q̄ pforent̃. Et isti⁹ opionis laical fuit autor de pprietatib⁹ reꝝ q̄ dic̄ sic. Caueat aūt nutrix vel medic⁹ tā puulo q̄ adulto ne taliū pustulaꝝ i. variolaꝝ vesicule nec pp pruritū nec ppt̄ aliud rūpant̃ seu apiant̃. maxīᵉ circa faciē: q̄ si pforentur variole ppetuis tpib⁹ vestigia apparebūt ꝛ est opio pp cās iā dictas. ¶ Vestigia variolaꝝ sic remouent̃. Pri° post exiccationē eaꝝ vtat̃ pa. regimie ipinguatiō: vt fouee carne ipleant̃. Istas medicias ponit Aui. ad remouēdū dicta vestigia P° rađ. cāne sarcocolla se. melonū risū ablutū aqua ordei albumē oui creta ꝛ lutū armenū litargiꝛ suc. tabarset. Et de oleis ē oleū de lilio oleū de fisticis adeps asini cū oleo rob. ꝛ vē vꝫ oleū balsami. ꝛ dico q̄ vꝫ oleū qđ ē ꝯ palisim: ꝛ vꝫ oī cicatrici ꝛ ad remouēdū dicta vestigia. ꝛ ei⁹ ℞ª. scripta ē in 6°. li°. hui⁹ in. c. 4. đ gomorrea. Et vꝫ spuma maris: q: lenit ꝛ abstergit. Et vꝫ i antiq̄s cost⁹ ꝛ sal armōiacū ꝛ th⁹ ꝛ sapo ꝛ baurach ꝛ ossa vetusta cōbusta fe. rasa ꝛ farina rasa exiccati ꝛ aristoˡ ꝛ lupini ex istis fi. trocisci aut vnguēta ꝛc̄. Et fi. tale magisteriū oī die aliq̄ iuuenis psona anhelet in facie ei⁹ cui⁹ vestigia volum⁹ remouere ꝛ capita āboꝝ sint vno lintheamie duplicato coopta ꝛ anhelet donec facies sudet. Et tūc accedat barbitonsor ꝛ applanet foueas in radēdo: ac si vellet radere pilos barbe: aliq̄ hoc faciūt cū frusto cāne ꝛ fi. hoc sepe. Et aliq̄n intrent balneū. ꝛ q̄n vis abluere faciē dissolue in aq̄ amigđ. ꝛ risū fractū: ꝛ ablue cū illa aq̄ ℞. rađ. serpētaᶜ. lb. j. fabaꝝ lb. ß. succi saponarie. q̄rt. j. aq̄ rob. q̄rt. j. distēpent̃ ꝛ distillent̃: ꝛ cū ista aq̄ liniat̃ facies freq̄nt̄. ℞. axūgie asini ꝛ si nō hēs axūgie gallie. ʒ. j. dragagᵗ gūi arab. floꝝ fabaꝝ. añ. ʒ. j. ꝛ ß. fi. decoctio in aq̄ furfuris. ꝛ cū illa ablue faciē q̄n volueris ista medicamia remouere. Vnguētū ponit Rab. ℞. litargi nutriti rađ. arūdis sicce ossiū vetustoꝝ adustoꝝ farie ciceꝝ ꝛ risi se. meloᵐ mūđ. bēē costi añ. ʒ. j. oīa puluerizata cū musillagine fenug. ꝛ se. lini incorpent̃: ꝛ facies liniatur ꝛ epithimet̃. ꝛ in crastinum cū aqua supradicta lauetur.

Declaratio in variol. Pri° q̄rit̃ a q̄ hu. variole vt pl̄s gñantur san. vel co. ꝛ vi q̄ a co. q: dic̄ Aui. q̄ variole generant̃ pviā ebullitiōis. s co. ē maioris ebullitiōis q: calidior ꝛ mobilior. g ꝛc̄. Opᵐ dic̄ Aui. ꝛ oēs autores ꝛ pbat̃ rōne. oīs morb⁹ q̄ mag̃ seq̄t̃ feb. sanguineā mag̃ fit ex san. sic ē de variol. g ꝛc̄. ꝯª pꝫ. ꝛ mior pbat̃ p viaticū q̄ dicit q̄ variole sūt ex accidētib⁹ sinochū ꝯcōitantib⁹. ¶ Pro isto du° intellige q̄ variole generant̃ p viā ebullitionis sang. fermentati a reliq̄s nutrimēti fer⁹ in matrice q̄ quidē reliq̄e remanēt in porositatib⁹ mēbrorū vel mixte cū hūiditate radicali vel fluēte. ꝛ q̄n natura fortificat̃ vel ex q̄litate aeris vel ex influētia adiūcta mouet illas supfluitates ꝛ sanguinē massa sanguinarie calefaciēdo ꝛ miscēdo ad inuiceꝫ Et in ista ebullitiōe mittit̃ san. corrupt⁹ ad supficiē cutis ꝛ fiūt apostemose vesice. Si aūt i ista materia mag̃ abūdet flā fiūt maiores variole molles ꝛ late ꝛ albe. si sanguis: fiūt rubee nō ita late si mag̃ abūdet co. fiūt morbili: q: fm Aui. morbilli sūt variole colice. Et p h pꝫ rñsio ad questionē. Sed tūc q̄đ dicendū ad Ga. 5. passio. q̄ dicit q̄ omēs iste gñant̃ ex flāte maxime salso. Ad

hoc dicendū ꝙ variole sūt in duplici dr̄ia: quedā sūt ru. ⁊ nō late ꝫ stricte. ⁊ iste ꝓprie dicunť vario le. alie late ⁊ al. ⁊ istas vocat Ga. ibidem turpedo ꝓpter magnā turpitudinē quā in faciē hoīm in⸗ ducūt. Gꝰ. ibidē in fine capľi. ⁊ iste veniūt cū pru ritu. Et de istis intelligit Ga. ꝙ fiūt a flāte falso ⁊ nō intellexit de illꝰ p̄inis nec de morbill̄. ❡ Se cūdo dubitať quō tu dicis ꝙ variole generanť ex san. mēstruo. q: dicit Cōstāť. in pāteg[1]: ꝙ fetꝰ nu triť in vtero ex purissiº san. variole aūt ex grosso ⁊ feculēto san. ḡnanť. Dico ꝙ variole ex re. iquijs san. mēstrui ḡnanť. vñ sang. qui venit ad matricē ad nutrimentū fetꝰ. h3. 2. ptes. quedā sunt rare ⁊ clare ⁊ pure. ⁊ de istis nutritur fetꝰ in maiori pte Alie sūt grosse ⁊ feculēte ipure. ⁊ iste latitant in locis dictis ⁊ post tp̄s ebulliunt ⁊ putrefiūt ⁊ cau sant variolas mouēdo secū aliquas ptes masse sanguinarie existes in corpe ⁊ vicinas ei ⁊c̄. ❡ 3º queriť vtrū variole sp̄ ꝯtrahāt ortū a sanᶜ. mēstº ⁊ nō aliūde. ⁊ ꝓbatur ꝙ ab alijs pn̄t ꝓuenire: q: variole ꝫm Aui. sequunť ebullitionē sanguinis ⁊ putrefactionē eiꝰ ꝫ ista pn̄t fieri i sā. sine sanguie mēstº vt pꝫ in sinocho ⁊ i flegmone. igť ⁊c̄. ❡ Se cūdo variole sunt de accidentibꝰ sequētibus si⸗ nochū. mō sinochus pōt fieri sine putrefactione sanguinis mēstrui. igiť ꝯña tꝫ. ⁊ añs pꝫ ꝑ viaticū. ❡ In opᵐ ē Cōstan. in. 8. sue theoᶜᶜ. in. c. de va⸗ riol̄: qui dicit ꝙ sp̄ trahūt ortū a sā. mēstruo. Ad hoc dicendū p̄notādo cū Ga. 6. de inť. c. 6. ꝙ ad intrinsecā pelliculā mr̄icꝗ terminanť vene ꝓcedē⸗ tes a vena ꝯcaua cpaꝗ. ⁊ ꝑ istas venas fit attraº sanguis ad mr̄icē. vt ꝑ illū sanguinē ꝑ. fluxꝰ mē⸗ struoꝝ: vt inde fetꝰ nutriať in tp̄e impgnatiōis. Nā in ista sup̄ficie mr̄icis intrīseca ⁊ in capitibꝰ ⁊ orificijs venarū istaꝝ terminať vmbilicꝰ ꝑ quem trāsit dictus san. ad nutriendū fetū. vñ iste sang. h3 duplices ptes vt dictū est: q̄dā sūt puriores ⁊ pure san. alie sunt minꝰ pure. ⁊ verū menstruū de p̄mis nutriť fetꝰ. de scd̄is vero non sn̄ia est Auerº. magni medici. c. de menstruis vbi ꝯcludit ꝙ fetꝰ nullo mō nutriť ex mēstruo ꝫ ex sanguie purissiº Et tūc dico ad dubiū ꝙ variole initiatie fiunt a sang. mēstº ⁊ coadiuuatie ab alio san. putrefacto ꝑ ebullitionē ita ꝙ ille reliquie sanguis mēstrui latētes in ꝑositatibꝰ mēbroꝝ: dāt fermentū ⁊ cau sam ebullitiōis ⁊ putrefactionē alijs ptibꝰ sang. ⁊ sic natura forꝗ expellit exteriꝰ ⁊ facit illas vesi⸗ cas ⁊ ap̄ata. Et sic intelligit Aui. ⁊ Constantinꝰ: q: nō esset presumendū ꝙ tot hu. ⁊ ita ḡnaliť ha berēt variolas: nisi aliqꝺ ḡnale fermentū a p̄º ge neratione ꝯtraherēt. Scd̄o seq̄reť ꝙ si a sola san guinis putrefactiōe ⁊ ebullitiōe sine fermento sā guis fierēt variole: seq̄reť ꝙ q̄ncūq; eēt putre factio ⁊ ebullitio in san. fierent var. añs ē falsuꝫ q: in sinocho ⁊ flōne nō fiūt. ❡ Terº sequereť ꝙ pluries q̄ semel hoīes hac infirmitate egrotarēt ꝯñs est falsuꝫ: si bene gubernenť ⁊c̄. ❡ Quarto dubitať si variole vni indiuiduo bis aut ampliꝰ possit accidere. Sine argumēť dico ꝙ sic: q: pos⸗ sibile ē ꝙ in vna vice natura expellat calefaciēdo ebullitiōe vnā ptē illiꝰ sanguinis mēstrui. ⁊ alia vice residuū. ⁊ sic bis aut ampliꝰ facit variolas ⁊ morbillos. verūtñ hoc accidit raro. q: qñ natura nititť expellere illā totā vna vice expellit: nisi natu ra fit debil̄ aut malū regimē intercadat: vt q: se exposuit aeri frigido nō se coopiēs diligenť: aut q: comedit carnes grossas aut pisces bestiales. Oia ista disturbāt digestiuā ⁊ expulsiuā a suis opationibꝰ. Dictū tñ cōmune ꝙ vix ampliꝰ vna vice ꝑ istam egritudinē aliqꝺ indiuiduū mole⸗ stať. ❡ Quinto nota: ꝙ in variolis est maior do lor in spina dorsi q̄ in morbillis. Et rō est: q: ille dolor dorsi est rōne maᶜ ꝯtēte in vena kili q̄ extē⸗ ditur ꝫm lōgitudinē dorsi, nūc aūt maior replō est in variolis: ergo maior dolor: ⁊ hec ē sn̄ia Aui. ❡ Sexto scias ꝙ ficꝰ hn̄t in se virtutē lenitiuam ⁊ leniēdo dilatāt mēª pectoralia: ⁊ ipsa appṫant ad anhelitū. scd̄o habēt virtutē ⁊ ꝓprietatē expel lendi materiā ab interioribꝰ ad exteriora. ideo i vtentibꝰ faciūt multos pediculos ⁊ iuuant ad ex itum, violarum. ⁊ sic ponit Aui, ⁊c̄.

❡ Incipit libellus epidimie cōpilatꝰ a Valesco de Tharanta ꝫm traditionē antiquorum.

❡ Capłm. 18ᵐ. huiꝰ 7[1]. libri ⁊ primū huiꝰ tracta tus epidimialis. Et p̄mo sequiť ꝓemium.

p Remeditans ꝓcellā futura no generi morbis epidimialibꝰ cō tinue illatā in honore dei ⁊ v̄ginis gloriose: ⁊ ne cādela sub modio re condať: decreui salubriora remedia vni ꝑuo inse rere libello: q̄ pro legētibus ⁊ ꝫm ipm opantibꝰ aliqualē cū dei adiutorio morboꝝ epidimialiuꝫ offerat ꝑfectā vtilitatē alꝭ securitatē. Et q: vt re fert Seneca ꝙ optimū ē maioꝝ vestigia seq̄: ideir co ego i meis ꝑuis nō ꝯfidēs viribꝰ destinaui ta les imitari sapientū antiquoꝝ lectorē huiꝰ libelli hūili atq; beniuolo animo depcans vt benedicta cū grā ⁊ amore recipiat nō inuidiosa rabie cor⸗

rodēdo. Et si qua sint minus bn̄ relata: illa cū charitate & dilectiōe benigne tractet interpres. & ad meliorē reducat intellectū.

¶ Capl'm. j. quare & ex qbus causis & in q̄ tempore causet epidimia.

Quod vidimus testamur. & qd̄ testamur verū est. Cū nullus in libris scribere dēat nisi qd̄ scit & qd̄ in p̄orib⁹ didicit. vel illa q̄ in rōne stant. Dico g̃ q̄ epidimia venit aliqn̄ in tempore calo vt in estate vel autūni p̄n°. pp̄ter qd̄ Aui. fen. 2ª. p̄ doct. 2ª sūª. j. c. 9. dicit q̄ pestilētia fit ex aere putrefacto fm plm. in postremo estatis & in autūno. Vn̄ p̄mus mgrōꝝ ypo. In autūno acutissime egritudies & maxime mortifere fiūt vt in plib⁹. Ver v° sanissimū & min⁹ mortiferū. 3. amº. amº. 10. Idē dicit Rab. 4. ad almā. c. de mortalitate & cautela eius & rō est quare tūc magis venit: q: tūc aer est magis patus ad recipiēdū malā dispōnē: & corpa tūc sunt magis pata pp̄ter debilitatē caloris naṫalis factā p resolōnes & p ɔ̄ns p assumptoꝝ indigōnē: cū debilitas digōnis sequat debilitatē caloris naṫalis. etiā ppt fructuū comestionē. Et vidi sepi⁹: q: tūc moriūt hoies bn̄ cōplonati. i. sanguinei & colici pp̄ter magnā resolōnē q̄ in eis fiebat. Et illi citi⁹ pidūtant cui⁹ hu. sunt subtiliores & h̄ntes raritatem poroꝝ q: sp̄us in eis cito resoluūt cū calore naturali. Fit g̃ in eis magis resolō ad quā sequit debilitas. Et lȝ p̄us istis accidat epi. q: patiores tn̄ q: cōtagiosus morb⁹ est alios cuiuscūq; cōplonis fuerint pōt inficere cū ab eis fumi mali & corrupti & venenosi aerē & h̄uores corrūpētes pcedāt: & aer expirat⁹ ab eis sit iā corruptus: & corrūpit circūstātē aerē & alios inspirātes eū. Ex isto sequit manifeste q̄ assistētes debēt auertere faciem ab eis v̄sus ignē vel v̄sus fenestrā vel portā vt nō attrahant aerē ab eis expiratū vel corruptū. ¶ Scd̄o sequit: q̄ bonū eēt q̄ infecti egritudine & iā actu egrotātes crebro mutarēt non solū lectū: imo etiā camerā & domū: vt attrahāt aerē nouū nō corruptū seu infectū: sicut ille eēt si semp starēt in vno loco. Et loc⁹ nō dȝ esse strictus sed spaciosus. & aer eius sp̄ sit alteratus ad partē frītatis. ¶ Epiª etiā aliqn̄ venit in fine autūni vt si estas fuerit multū pluuiosa. vl' p multū tp̄s sufflat vētus australis & autūn⁹ q̄ de naṫa sua dȝ esse frigidus & siccus: q: diu sufflat vētus subsolan⁹ seu oriētalis. qd̄ idē est sic calidus c hu. pre nimia ɔtinuatiōe ventoꝝ meridionaliū cū turbulētia aeris & ei⁹ spissitudie & nubiū multitudie: tūc merito venit epiª: maxīe si cū istis fuerint male influētie: sicut cū saturn⁹ est in domo sua. s. in capcorno & in aq̄rio put mō est: q: nūc est. 25ª. octobris anno. 1410. qn̄ iste tractat⁹ fuit cōpilat⁹ saturn⁹ erat in. x. vl'. xj. g̃du capcorni et mars fuit in scorpiōe in domo sua. put alibi melius est videre. g̃ qn̄ ista ɔcordāt: deteri⁹ efficitur epi. ppt qd̄ dicebat Aui. in. 4. q̄ p̄n̄m oīuȝ hoīuȝ sunt forme ex formis influētiā planetaꝝ & ɔstellationū facietiū eē necriū illud: cui⁹ aduētū igratur &c. Et sequit: oȝ vt scias q̄ cāe p̄longinq̄ ad illud sunt figure celestes & ppinq̄ dispōnes terrestres. siue g̃ vēti flant p excellētiā siue s̄ pluuie vel nimia siccitas seu frigus: qb⁹ mediātib⁹ aer alteret vel corrūpat: cā oīuȝ hoꝝ sunt influētie celestes. Et h̄ vr̄ dicere Aui. vbi. s̄. Cōstat tn̄ q̄ aliq ex sola radice inferiori. vt ex cadauerib⁹ nō sepultis aer putrescit & epi. g̃natur. ¶ Notandū aūt q̄ q̄ntūcūq; aer q̄ mutet ɔ° in q̄litatibus p̄mis: nunq̄ g̃nant morbi pestiferi donec putrescat. Verūtn̄ aliq̄ g̃nant egritudies ex intēsiōe q̄litatū ei⁹: q̄ nō vident dici epidimiales. Aduertēdū etiā est q̄ aer i se nō putrescit rōne sui. cū sit corp⁹ simplex s̄ rōe vapoꝝ admixtoꝝ q: aer q̄ nos circūdat: nō est pur⁹ fm Aui. fen 2ª. p̄ʳ. c. p̄⁹ alle°. Cū g̃ aer putrescit: putrefac h̄uores. & icipit h̄uorē putrefacē q̄ a corde circūdat⁹ ē. qm̄ ad ip̄ȝ ppiq⁹ accedit vt ait p̄nceps aboali fē. 2ª. p̄ʳ. doc. 2ª sūª p̄ª. c. 9. Et fm hāc viā g̃nant epie & egritudies pessime vt antraces carbunculi & filia. ¶ Aliqn̄ etiā venit epª in tp̄e frio & in hyeme vel in autūno frīo. et tali tp̄e ɔculcāt hu. & nō fiūt resolōnes debite malorū hu. imo retinēt. & ista fit maxīe in tp̄e fertili cū abūdātia fructuū: & tūc magis infirmāt & destru-

unt hoies pleni ⁊ sanguinei. Vñ haly de regali dispõne li° p°. c.26. Plimũ em̃ timẽt pestilẽtia/ liũ aduẽtũ morbo⁊ ꝯ° q̃rũ cal'a ē ⁊ hu. ⁊ q̃ pueri sũt ⁊ adolescentes qm̃ ꝯ° cal'a ⁊ hu. ampli⁹ illius dñak. ⁊ subdit. Quare eos mltiplicare sanguinis minutionē ⁊ angere vsũ co⁊ q̃ refrigerãt ⁊ de/ siccãt. ¶ Etiã repleti ꝯsueuerũt tali tpe frequēti⁹ perire ⁊ egrotare q: hñt poros oppilatos ex hu morib⁹ grossis ⁊ viscos. Nã viscositas hũo⁊ ⁊ co⁊ grossities ⁊ supabũdã͠a sũt cãe oppilationis scd̃o teg'ꝯ°. hũidũ sil'. Et opp̃lo ē cã putrefactõ nis ⁊ ꝑ ꝯñs fe.3°. teg'ꝯ°. Ferũt em̃ si ita ꝯtigat. Ergo in talib⁹ gñank fe. ⁊ ꝑ ꝯñs epidimi'ales q: tali tpe raro alie gñank fe. ꝑter epidimiales. ⁊ apata vt p3 intuẽti. Ex h̃ mãifeste seq̃k q̃ repl̃o nimia nouella d3 euitari. Seq̃k scd̃o q̃ repl̃o an tiq̃ est diminuẽda cum appropato laxatiuo seu fl̃oia. Seq̃k 3°. q̃ cibi gñantes hũo. grossos ⁊ vi scosos dñt tali tpe refutari. Volo ēt te scire q̃ si ne epi. fit in estate siue in hyeme: hoies resoluti ⁊ coitu abutẽtes: citi⁹ alijs succũbũt ꝑpk debili/ tatẽ vtuᷓ co⁊. Ista ꝯ° est ꝯstank sue theo^cc. c. de coitu dicit sic. Ö3 q̃ in infirmitatib⁹ vt in pestilẽ tia tpis ⁊ corruptiõe aeris coit⁹ euitek. ¶ Nolo ēt te ignorare q̃ in tpe epi^e illi citi⁹ ꝑiclitant: in q̃rũ domib⁹ sunt fetores ꝑticulares sic̃ fetor la/ trine ⁊ canal' vl' sentine dom⁹: vbi decurrũt sup/ fluitates: sic̃ loc⁹ vbi ponunk vasa cũ aq̃ in qua abluunk dom⁹ vtẽsilia: maxie si aliq̃ ibi vrinã de ponãt seu supflua grossiora. ⁊ h̃ sepissime vidi per expientiã: ⁊ cã isti⁹ est: q: corruptio aer' vl'is fortificak ꝑ corruptionē ꝑticularē. Ex isto seq̃k q̃ dom⁹ debẽt eẽ mũde ⁊ sine q̃cunq; fetore. Et ad h̃ vt aer alterek: debẽt fie' suffumigia ⁊ ignis frequẽter. Et iõ est cautela q̃ q̃cunq; d3 stare in domo vbi epidimiati iacẽt d3 stare ꝑpe ignē: cũ ignis alteret aerē ꝯsumendo vapores malos: ⁊ aerē de nouo ꝯtinue gñando: iõ fumus seu aer gñatus per ignē ex bonis lignis vl' alijs reb⁹ cũ sit vapor nou⁹. nõ est corrupt⁹ nec põt nocere in spirãtib⁹: imo iuuat ⁊ cordis ꝯ° nõ corrũpik: sed poti⁹ in suo esse ꝯseruak. Cũ q̃ tpa in q̃bus fiunt epidimie sint diuersa: o3 q̃ regimē sit diuersum saltē in aliq̃b⁹ reb⁹. Nõ em̃ vi idē regimē ꝓserua tiuũ i estate ex toto cõpetenk: q̃d ꝯpetit i hyeme iõ in ꝓcessu cũ auxilio dei videbik aliq̃l' diũsitas.

¶ Capl'3.2^m. in q̃ ponit sig̃ et ostẽsa epidimie.

P Ronosticabitur epi^a esse vẽtura si infrascripta sig̃ vel plura ex eis apparuerint. s. qñ in fi/ ne estatis et autũni ꝑn° multiplicank ipressio/ nes ignite sc3 cometa et alie q̃s Arist. vocat ca/ pras saltãtes hyat⁹ voragines et sanguinei colo res et stelle cadẽtes. mag̃ tũc fi resol'o in corpib⁹ cũ ista non fiant nisi ab exalatiõe inflãmabili. ¶ Scd̃3 sig^m est mltiplicatio aliq̃rũ aialiũ sup terrã incõsueto⁊: vt ē rana⁊ bufonũ locustarum soricũ. ¶ Tertiũ ē qñ mltiplicank vẽti meridio nales et subsolani et mltitudo nebula⁊ et vapo rũ et apparẽtia pluuie sine effectu. qñ ista appa/ rent vl' aliq̃ ex istis. ꝯ° hyemis est corrupta et ꝑ ꝯñs epi. supuenit hyeni. Si aũt ver fuerit fridũ et siccũ sine pluuia et flauerũt vẽti meridiona/ les ēt ꝯturbatio aer' et caligo ei⁹ qñ per. 8. dies. deinde clarificak et iterũ ꝯturbak et si h̃ fi freq̃n ter: tũc epidimia veniet i estate. et cũ h̃ si dies sit cal'i et noctes fride. Silr qñ estas nõ est cal'a cũ mltitudine nebula⁊ ita q̃ aer nõ clarificak: imo est turbid⁹. silr qñ eadē die aliq̃n q̃de3 estus ali q̃dem frigus autũnales egritudines expectare o3. i. ineq̃les. 3°. amph. am°. 5. silr qñ duob⁹ vel trib⁹ diebus est calor et totidē frig⁹. h̃ attẽdẽdũ est: q̃ qñ accidit aeris putrefactio qñq; plus le/ dunt exñtes in bono aere q̃ in malo: vt visu3 ē freq̃nter de icarcera⁊ et capk in fundo turriũ et habitãtes in vallib⁹. qm̃ isti nõ moriunk: et ha/ bitantes in bono aere. i. in loco vbi ꝯsueuit esse bon⁹ aer in tpe qñ nõ ē epi. tales citi⁹ recipiunt ipressiones malas ⁊ moriunk. Vñ Auic. in. c. de aere bono. Cũ vo in aere acciderit putrefac° cõ munis discoopert⁹ tũc erit mag' ipsam recipiẽs q̃ ꝯstrict⁹ ⁊ occultus. aliq aũt discoopert⁹ melius existit. Cũ epidia^a autē aliq̃n veniunt morbilli aliq̃n variole ⁊ obtalmie ⁊ alia huiusmodi.

¶ Capitulum. 3^m. de preseruatione epidimie.

M Ultoforcius succurrit pseruãdo imo securi⁹ q̃ in curãdo postq̃ actuali' egrotãt. Jdeo ꝑus de pserua/ tione dicemus. Preseruatio a pestilẽtia cu3 dei adiutorio est fugere imo etiã totã terrã sic̃ dicit Ras. Et quãto lõgius tãto securi⁹: q: q̃ nõ ē in aere corrup° ⁊ putrefacto nõ corrũpik ab eo: sic̃ ille q̃ nõ morik in bello q̃ nõ est in eo. Si aũt o3 manere in loco in quo est talis ꝑcuriosio: tũc p^m manere in loco in quo est adiutoriũ sumik ab aere dom⁹ in qua manet nã dom⁹ d3 esse munda a q̃buscũq; superfluitatib⁹ maxie ab illis que generant fetorē: longe ⁊ se/ moratijs ⁊ ab aq̃s stantib⁹ ⁊ a latrinis ⁊ orifi° latrinarũ: sicut cloaca. Quando aer est caligio/ sus seu nebulosus: ꝯseruãd⁹ nõ surgat de mane

etiā q̄n flat vēt⁹ austral' vel subsolan⁹.s fiāt suffūmigia infra dicenda.Et q̄n surgit de mane:odoret acetū ꝛ aquā ros.qd̄ odoratum vꝫ tempe calō ꝛ frio ꝑpterea q: refrigerat ꝛ ꝯfortat cor nō discurrat ꝑ villā sed occupet̄ in aliq̄ īfra domū clausis hostijs ꝛ fenestris saltē cū vitro vel cū pāno incerato vt lux intret nō aer putrefact⁹.Ois ḡ fetor euitet̄ ꝛ boni odores multiplicent̄ tēpate tn̄ i estate cū reb⁹ frigidis.Et si ī hyeme odorent̄ aliqua cal'a vel cū eis suffumiget̄ dom⁹ vt ē musc⁹ꝛ ambra.nō est error:qd̄ ꝑbo auctoritate Aui.q̄ iubet aerē alterare cū ābra ꝛ thure ꝛ ligno aloes ꝛ sil'ib⁹.¶ Scdo ꝑbo ꝙ ista odorifera nō noceāt q: fetores nocēt summe vt visū ē.igr̄ aromatica ꝛ boni odores iuuabūt ꝑ regulā s̄ opp̄m ī opposito ꝛc.¶ 3° q: ista desiccāt aerē qd̄ est necium in pestilētia q̄venit in hyeme.¶ 4° q: ꝯfortāt cor ꝛ cereᵐ.Et si tu dicis ꝙ timēdum ē de calefactiōe cordis:Rn̄o ꝙ cor nō supercalefit nec humores circūstantes corrūpunt̄ a cal'itate aer| nec etiā ab illo modico vape ab aromaticis eleuato: s̄ poti⁹ ab aere corrupto ꝛ putrefacto.Et si dicas ꝙ isti vapores cal'i sunt vehiculum aeris putrefacti ad cor nō est verū cū honore:q: etiā sine istis aer putrefact⁹ꝛ corrupt⁹ subintraret camerulas cordis q: velim⁹ nolim⁹ aerē attrahim⁹.Restat ḡ ꝙ ista nō nocēt marie ī hyeme.q: iste vapor ex aromaticis resolut⁹ modic⁹ē ꝛ nature familiaris ꝛ ex eo spūs refocillant̄ ꝑut ē videre ī sincopizātib⁹. P° igr̄ de mane s̄.suffumigiū marie tpe frio cū ambra thure ꝛ ligno aloes ꝛ storac̄ lapdano ꝛ croco mastic̄ garios̄.ꝛ cynamo° q̄ dū ardēt faciūt bonū odorē ꝛ aliqn̄ cū sq̄nanto ꝛ terebētina cū istis oib⁹ vel aliquib⁹ ex eis.Si ista nō habent̄ s̄. cuꝫ lauēdula rore marino iunipo cipsso lauro ꝛ sauina acoro ꝛ cipo.ꝛ ista maxīe ligna ardeāt in domo vel ex eis s̄.suffumigiū sup carbones incensos.Ista supradicta sūt aromatica cal'a.Si vo s̄ cū aromatic̄ fris iuuabit multū. ꝛ sanos ꝛ iam actu egros si cū sanō. ꝛ ros.ꝛ florib⁹ nenuf.ꝛ folijs salicis ꝛ sil'ib⁹ cū aceto infuso sup tegulā ardentē vel sup ferrū ꝛ cū coriandro ꝛ folijs q̄rc⁹ ꝛ cāphora ꝛ cū corticib⁹ malorū granator̄ tamarisco abeno ꝛ mirto arbusto ribes:cuꝫ istis suffumiget̄ dom⁹ vel teneant̄ in manu:ꝛ odorēt sepe ꝛ camera vbi dormit suffumiget̄ ēt cū supradictis. q̄ q̄dē camera dꝫ eē vndiqꝫ clausa inter duo solaria vel ꝑpe terrā dūmodo nō sit reumatica. Camera aūt supior nō habitet̄.quia citius attingit ab influētia.Et si aliqua spiracula seu fenestre debēt apiri:ille apiant̄ que respiciūt ad septētrionem.ꝛ que ad meridiē ꝛ orientē claudant̄:securi⁹ tn̄ est ꝙ teneant̄ clause cū fenestris de vitro vel cū panno incerato.¶ In tpe aūt calō vt in estate vl' autūno ponant̄ circa parietes dom⁹ vel camere rami salicis tamarisci querc⁹ ꝛ cānar̄ Et sternat̄ dom⁹ cū iuncis ꝛ folijs salicis ꝛ viti ex nenufa.ꝛ viol'ꝛ ros.si habent̄.Et roret̄ dom⁹ cuꝫ aqua fontis fria ꝛ aceto ꝛ aq̄ ros.ꝛ odoret rosas viol' sanō.ꝛ cāpho.aquā ros.acetū ꝛ sil'ia.ꝛ fiant suffumigia cū reb⁹ aromaticis fris bis aut ter in die ꝛ nocte.etiā stet in tali aere ꝛ linteamina madefacta in aq̄ frigida ꝛ aceto pendant̄ circa parietes dom⁹ꝛ caueat ab habitatiōe ꝛ ꝯuersatiōe habentiū epidimiā ꝛ tactu cor̄.qd̄ si fiat: vtat faciē ꝛ odoret acetū.Fiāt etiā ḡ cāteplore ꝛ vasa ipleātur aq̄ in vase quorū sit foramē cera obturatum. que quidē cera ꝑuis perforet̄ foraminib⁹.ꝛ aq̄ exiens cadat sup peluim melodiam faciendo.

¶ Capl'm quartum de preseruatione ab epidimia per euacuationem.

